ſuperioris prædicti, quæ ad ipsos quomodo pertinebunt, quam omnia huius statuta d eſcribere, ac penes ſe habere, ſi quis id facere neglexerit, poena centum aureorum, & maioris excommunicationis feriatur.

D E C A T H E C H I S M I
editione, & versione. Capit. III.

VT Indorum populi in Religione Christiana adhuc rudes, ſalutari ſidei doctrina commodius imbuantur, ac tutius, atque eandem vbique vnius doctriñae formam inueniant, placuit veſtigijs generalis Tridentini concilij inſiſtendo, proprium cathechismum huic vniuersae Provinciæ edere, quē omnes in fin. Concil. Trid.
ſeff. 24. c. 7.
& ſeff. 25.

Indi pro ſuo captu doceantur, ac memoriter, ſaltēr pueri teneant, diebusq; dominicis, & festis in publico conuentu Ecclesiæ repetant, vel illius certe aliquā partem, prout opportunum videbitur,

ad

A C T I O

ad cæterorum utilitatem recitent. Præcipit ergo sancta Synodus, omnibus Indorum parochis in virtute sanctæ obedientiæ, & sub pena excommunicatio-nis, ut cathechismo hoc, ipsius auctoritate edito, quatenus sit conformis cathechismo à sancta sede Apostolica edito, quibuscumq; alijs exclusis, deinceps vtatur, & secundum eum plebem sibi com
Conc. Lim. 2. missam instruere curēt. Et quoniam ad
Seff. 3. c. 2. Indorū salutem non solum rērū senten-tiarumq; cōsensus, sed ipsa etiam sermo-nis cōformatio, plurimum confert, prohibet etiam præteruersiōnem ipsius au-toritate factam, atq; editam, tam in pre-cibus, rudimētiſq; doctrinæ Christianæ,
C. quoniam de off. ind. ord. quam in cathechismo in linguam Cur-quensem, vel in Aymaraycā, aliam tra-ductionem, à quoquam fieri, vel aliter facta quemquā vti, atq; vt idem fructus ad cæteros etiam manet, qui diuerso à supradictis idiomate vtuntur, mandat Episcopis omnibus, ut in sua quisq; dioce-si,

SECUNDA. 24

cesi, quam primum curet cathechismū eūdem per idoneos, & pios interpretes in reliquas linguis suæ diceceſeos ver-ti: eamque interpretationē ab Episcopo sic approbatam, ab omnibus sine contro-versia recipi, non obſtantē qualibet cō-traria consuetudine.

Q V I D S I N G V L I docendi ſint. Capit. IIII.

CV M diuino præcepto omnes Chri *Math. 28.*
Marc. 16.
I. Pet. 3. ftiani adulti teneantur pro suo ca-ptu ſcire, quæ ad Religionis Christianę quā profitentur, ſubſtantiam pertinent:
Qualia ſunt mysteria fidei præcipua, quæ continentur in ſymbolo, manda-ta decalogi omnibus feruanda, Sacra-menta quoque ea, quæ neceſſariò cui-que fuſcipienda ſunt, Tum demum, quæ à Deo petere, & expectare debe-mus iuxta Dominicæ orationis institu-tionem, ſedulò in ijs erudiendi ſunt
à Pa-

ACTIO

à Pastoribus, & Ministris omnes, maxime rudiores Indi, Ætiopes, pueri, pro cuiusque ingenio, & opportunitate, ne grauissimo morbo ignorantiae (vt fit passim) periclitentur, omnino autem curandum est, vt quicumque neque ætate,

De consec. d. neque valetudine impediuntur, memo
c. 4. c. Bapti- riter discant elementa Christiana, ma-
zandos.
Et c. non li- ximè Symbolum fidei, orationem Do-
ceat Aug. lib. minicam, præcepta decalogi, sacramen-
50. hom. 42. ta Ecclesiæ: Id vt fiat, antiquorum Ca-
Conc. Fer. In- nonum statuta sequens, præcipit strictè
llian. in praef. sancta Synodus, vt nullus adultus ad sa-
ad fin. cramentum Baptismi admittatur, qui
Conc. Mogun- non priùs saltèm Symbolum, & oratio-
tiae. cap. 45. nem Dominicam memoriter reddide-
Aug. in En- rit. Idemque in Sacramentis pœnitentiæ, & confirmationis conferendis o-
chiridion. c. 7. mniò seruetur, excepto vel necessitatis articulo, vel nimia senectutis, aut ægri-
tudinis, siue etiam profundæ alicuius he-
betudinis impedimento, quod parochorum, seu confessariorum iudicio, & cō-
scie n-

Conc. Limm.
2. Seß. 2. 6.
16.

SECUNDA. 25

scientiæ relinquatur. Qui verò ijs tan-
Conc. Lim. 2.
Seß. 3. c. 33.
6. 34.
tis impedimentis grauati fuerint, vt co-
piosiorē cathechesim non admittant,
doceantur demum pro suo modo præ-
cipua fideli capita, scilicet, vnum esse
Deum omnium rerum authorem, qui
accidentes ad se, vita æterna remune-
ret, improbos & rebelles æternis sup-
plicijs in alio sæculo puniat: Deinde
hunc ipsum Deum, esse Patrem, & Fi-
lium, & Spiritum sanctum, tres qui-
dem personas, sed vnum Deum verum,
præter quem nullus alijs sit verus Deus.
Nam quæ adorant aliæ gentes præter
Christianam, non esse Deos, sed dæ-
mones potius, aut figmenta hominum.
Præterea filium Dei propter reparan-
dam salutem hominum, factum homi-
nem ex Virgine Maria, pro nobis pas-
sum, & mortuum ac tandem resurre-
xisse, & regnare in æternum. Hunc es-
se Iesum Christum Dominum, ac sal-
uatorem nostrum. Postremò neminem
posse

A C T I O

posse esse saluum, nisi credat in Iesum Christum, & poenitens de peccatis commissis sacramenta ipsius suscipiat, Baptismatis quidem si infidelis est, Confessionis autem, si lapsus post Baptismū: ac deniq; statuat, ea seruare, quæ Deus, & Ecclesia sancta præcipiunt. Quorū summa est, vt Deū diligat super omnia, & proximum, sicut se ipsum. Intelligat igitur Dei sacerdotes nisi in fide, vt oportet, instructos baptizent, vel à peccatis absolvant, se, & grandi sacrilegio cōmaculare, & animarum reos, apud districtum Dei iudicium reddere.

A P A R O C H I S E R V

diendos rudiores. Cap. V.

Rectores Ecclesiarum parochialium, diebus saltem Dominicis, & festis, rudimenta Christiana per se ipsos populo tradant, ad quos audiendos pueri, & servi conueniant: sciant quoque patres fami-

Conc. Tolet.
Actio. 3. c. 5.

S E C V I N D A. 26

familias se Deo reddituros ratione in de conc. Lim. 2.
filijs, servis, actota familia reliqua. Itaq; Sejj. 2. c. 127.
satagant, vt bene, modestiō viuant, vt suis temporibus confessiones faciant, vt doctrinam Christianam probè teneant; vt Ecclesiam discendi causa, & orandi frequentent, nē, quod saepè accidit, & diuina oracula minantur, propter corruptos mōres liberorum, in ipsis sparētes, diuinitus vindicetur.


V T I N D I I N D I C E

et doceantur. Cap. VI. 2 A V O L Y

et probabitur res auctoribus et fratribus.

Christianæ instructionis, aut cathē Rom. 10.
chismi scopus præcipuus est, fidei perceptio, corde enim credimus ad iustificationem, quod ore confitemur ad salutē. Quā obre ita quisq; instruēdus est, vt intelligat, Hispanus Hispаниcē, Indus Indicē; alioqui quātūuis benedicat, mēs illius, iuxta Apostoli sententiā, sine fructu est. Quo circa nullus Indorū de cetero cōpellatur illa.

D 2 ora-



A C T I O R

1. Corint. 14. orationes, siue cathechesim Latinè dicere, cum sufficiat, multoque melius sit, suo idiomate pronunciare; aut si qui ipsorum velint, possunt etiam Hispanicum, quo multi iam vtuntur, adiungere. Praeter haec aliam aliquam linguam lab Indis exigere, superfluum est.

AEOLICAE RES INDIACAE
expugnando Indos profiscantur.
Cap. VII.

NOVAE EXPEDITIONES
aduersus barbaros, aut infideles, sine grauiissima, & meditatissima causa, minimè oportet, cum agatur de plurimorum hominum fortunis, libertate, salute, ac saepè reueritate implorium, irreparabilia bello, damna dentur. Quapropter nemo ex clericis, qui doctrinæ Indorum præsunt, vel alias, utcumque agunt, ad bellum contra Indos, aut alias qualcumque expeditiones, vt mini-

S E C V N D A. 27

ministerijs spiritualibus milites iuuet, profiscatur, nisi de expressa licentia sui Episcopi. Qui secus egerit, excommunicationi latæ sententiæ, ipso facto subiaceat, & pro modo culpæ alijs etiam pœnis acerbè plectatur.

CONIUGIA INTEGRA
fratres inita dirimantur. *Cap. VIII.*

CONIUGIA inter fratres, cum ad Baptismi gratiâ peruererint, rata non habeatur: sed quicumque ita coniuncti reperti fuerint, separantur.

DE PATRINIIS INDO
dorum. *Capit. IX.*

CONUENIT impedimenta quæ ex coagnitione spirituali oriuntur Indis, quoad fieri potest detrahere, ne ignorantates, quod saepè accidit in gradibus illicitis, coniungantur. Eam ob causam, &

Conc. Lim. 2.
c. 38. de diuo.
c. quanto.

A C T I O

in superiori Synodo, & in hac, commo-
dum visum est, vt in quo quis populo, aut
parochia Indorum, certus sit designatus
Patrinus, sive susceptor, qui baptizādos
de fonte leuet, sed hunc designare per-
tinebit ad ordinarium, qui etiā plures,
vt iudicauerit expedire, pro numerosita-
te populi poterit constituer, ita tamen,
vt certi sint, & quorū fidei possit insti-
tutio spiritualium filiorum committi.

Q V I D A G E N D V M
cum ex duobus infidelibus coniugatis
alter conuertitur. Cap. X.

*Conc. 2. Zim.
§. 2. c. 36.* **D**E ijs, qui iam matrimonio iuncti
conuertuntur ad fidem, coniuge ad
huc infideli permanente, in superiori
Conilio, prouidè consultum est, vt si
infidelis quidem, spem suæ conuersionis
maturā ostendat, Christianus nullo mo-
dò ad alias nuptias transeat, quemadmo-
dum est sacris Canonibus definitū, sed
coniugis lucrum in Christo expectet. Si
verò

S E C V N D A. 28

verò differat conuersionem suā, neq; ta-
men iam baptizato coniugi, perniciosus *De diuert. c.*
existat, eū à fide auertēdo, aut ad peccatū *quanto &c. c.*
mortale pertrahendo (ceterū id cū fit, *haud eamus*
28. q. 1. c. iam *nūc, & c. sic*
sacri Canones, eos necessariò separādos *e nim. 28. q. 2*
c. si infidelis.
volū, & Christiano, noui coniugij in-
eundi potestatē tribuunt) Tunc & expe-
ctandū adhuc esse per semestre tēpus, &
assiduè de sua interim conuersione ad-
monendum. Sed quoniam tum pericu-
lum recens cōuersi cauendum est, ne si
diù permanferit in toro infidelis, fidem
Christo, fortassis, amittat, dum vult ser-
uare homini; tum verò libertati illius
consulēdū est, ne celebs viuere cogar-
tur, qui forsitan vritur. Idcirco decerni-
mus, vt trāfacto sex mensium spatio res
ad Episcopum deferatur, qui bene per-
specta causa, fideli declaret, copiam esse
aliud matrimonium ineundi propter fi-
dei, aut charitatis scandalum quod pati-
tur. Quod si nullum esse periculū inco-
habitatione viderit, iubeat expectare in-

D 4 fidelem:

A C T I O

fidelem: vel etiam consulat cohabitare,
1.corine.7. si prodeste intelligit, iuxta Pauli Apostoli consilium. Neque enim potest omnibus conuersis eadem lex præfigi, cum occurrant profecto variae circumstatiæ, neque sit omnium infidelium eadem ratio. Quare Episcopi prudentia in re dubia, ne graviter erretur, consulenda erit, & iuxta c. quanto de diuostijs, cum casus acciderit, decernendum.

D E N O M I N I B V S Indorum. Capit. XI.

NE in Indorum Baptismo, & matrimonio falli saepe contingat, dum ignoti illud repetunt, omnino vetetur gentilitatis, aut superstitionis suæ nominibus vti, sed omnibus Christianis assueta nomina in Baptismo apponantur. Cognomina verò, vt inuicem discernantur, masculi quidem paterna, fœmelæ, materna retineant.

NE

S E C V N D A. 29

N E R E G V L A R E S
Baptismi, aut matrimonij sacramenta administrent. Capit. XII.

REGULARIBUS

Regularibus præterquam in Indorum oppidis, vbi parochorum munus exercet, baptisteria habere, aut præter necessitatē baptizare, aut matrimonia copulare, sacri Canones prohibit. Id ita fieri hæc Synodus valde commedit, ne scandala in Ecclesia ab ijs fiant, quos maximè oportet exemplo humiliatis alijs præstare.

I N C O N F I R M A T I O N E
nihil ab Indis accipiendū. Cap. XIII.

CVm Sacramentum confirmationis accipiunt Indi, nulla ratione quicquā pecuniæ, aut argenti ab ijs petatur, neq; vt offerant inducantur. Quin etiā qui præ inopia candelas ferrè non poterunt, ijs ab Episcopis benignè cōferantur,

D 5 tur,

16.q. 1. cap.
Plac.

Clem. de pri-
uilegiis Religio-
si.

Concil. Later.
sub Leone. 10.
sess. 11.

Concil. Trid.
sess. 24. de re-
form. mat. c. 1.

A C T I O

tur,& cerei,& linteæ; idem in baptismo seruetur de cereo,& capitio baptismali.

D E E X A M I N E Confessorum. Cap. XIII.

Concil. Trid.
sess. 23. c. 15.

ORdinarij diligenter examinēt eos, qui confessionibus audiendis sunt exponēdi, etiam si regulares fuerint, & quia non sunt omnes ad omnium confessiones excipiendas idonei, oportebit iustum in examine seruare mēsuram, ut benē doctis, & literatis generalē approbationem tribuant, minus vero peritis, eam limitationē personarum, vel statuum adhibeant, quam sufficientiæ illorum congruere iudicabunt: quod in hac facultate confessariorum ampliāda, vel restringenda debeat haberi ratio, ne dum sufficientiæ, sed etiam loci, cæterarumq; circumstantiarum, omnibus autē, quos approbādos duxerint, approbationis suæ, vel ampliæ, vel restrictæ, ut dictū est,

S E C V N D A. 30

est, inscriptis testimoniū gratis dabunt. Laici verò cum præcepto Ecclesiæ de annua confessione satisfaciunt, schedulam à confessario petent (nisi personæ alioqui satis probatae sint) quā, tūm proprio parocho, tū patri familias ostēdēt.

E X T R A O R D I N A R I O S confessarios Indis aliquando tribuēdos.

Cap. XV. Concil. Trid.
sess. 23. de Re
lig. c. 10.

COnscientijs Indorū curēt Episcopi consulere per extraordinarios quādoque confessarios, quos ipīs qua poterunt commodiori ratione, transmittāt, ut qui parochos suos prætimore, aut pudore, aut fortassis odio aliquo, grauiora sœpè criminacelant, apud hos veluti subsidiarios euangelij ministros, securè ac spontè, conscientias suas exonerent. Et quia in tanta linguarū varietate cōpertū nobis est, multos sine poenitentiæ sacramēto hucusq; māsisse, inquirāt Episcopī qui nam fint eiusmodi, & illis quā dili-

A C T I O N E

diligentissimè possint, de perito aliquo sacerdote prouideant qui, illorum confessiones excipiat.

C O N F E S S I O N E M I N - tegrè cognoscendam. Capit. XVI.

Non pauci sacerdotes ex imperitia sermonis Indici, interdū etiam ex Concil. Trid. negligentia, & tædio audiendi, in confess. 14. c. 5. confessionibus Indorum, multa illorū peccata, sibi penitus ignorata prætereunt, Conic. Floret. in instruct. Armen. atq; ita perfundorū vnum, aut alterum Cōc. Cabilon. peccatum intellexisse contenti, benefic. 32. cium absolutionis impendunt. Cū ergo Conc. Lim. 2. confess. 2. c. 57. sacramentalis confessio mortalium peccatorum integra esse debeat, neq; possit, nisi necessitatis articulo vrgēte, eiusmodi absolutio esse legitima, oportet omnino pœnitentiæ ministros cautos, atq; sollicitos esse, ne sacrilegium admittant in eiusmodi confessionibus detruncatis. Itaque, vel poenitentes ad peritiores

S E C V N D A. 31

res remittant, si non sufficienter intelligent, vel ipsi discant, quod nesciunt, neq; enim rectus iudex est, qui iudicat quod ignorat. *V. L.*

C A S U S V S O R E S E R V A T I,

in Parochis Indorum conceduntur. *C. ad p. XVII.*

Præsentis auctoritate Synodi, parochis, & approbatis confessarijs Indorum, casus Episcopis reservati concedū tur, ut ab omnibus illis, & censuris annexis possint absoluere Indos, cum id expedire in Christo iudicauerint, ne Indi propter imbecillitatem suam, & spiritualis sensus inopiam, dum ad superiores pro reservatorum casuum absolutione recurrire cessant, quod crebro fit, conscientijs suis illud experiantur noxiū, quod pro earum salute ab Ecclesia prouisum est, liceat tamē Episcopo aliquibus parochis hanc facultatem restringere, cum ei videbitur expedire.

S A-

A C T I O R

S A C E R D O C I E S , A N-
tequam uestes sacras induant, confi-
teantur. Cap. XVII. Longi boup

Conc. Paris.
lib. i. c. 46.

Celebraturi Sacerdotes nullatenus
sacris uestibus induiti peccata confi-
teantur, sed cum confessione opus ha-
bent, ante quam se induant, & quidem
genibus prouoluti id faciant, nec nisi
apud confessarium ab ordinario appro-
batum. Qui aliter, vel audierit, vel fece-
rit confessionem, sciat se, & præcepti-
reum, & salutarem sei pœnitentiam in-
iungendam, & quoniam domum Dei
debet omnis sanctitudo, visum est etiā
confessionaria mulierum, qua parte ipsæ
ingrediuntur aperta, & ianuis libera es-
se debere, id ut quam primū fiat, etiā
in regularium Ecclesijs, hæc Synodus
admonet, atq; hortatur de ecclesiis illis
qui in eisdem locis operari audeant, quod
estib[us] quatuor id est b[ea]tificiū in eis agriſti
An. 2.

D E

SECUNDA. 32

D E VIATICO INDIIS
prabendo. Caput. XIX.

Cœleste viaticum, quod nulli fide-
lium ex hac vita migranti, si pœni-
tentiam ostendat, negat pia mater Ec-
clesia, multis ab hinc annis Indis, atq;
Ætiopibus, cæterisq; personis misera-
bilibus præberi debere à parochis, con-
cilium Limmense constituit: sed tamen
sacerdotum cōplurium, vel negligētia,
vel zelo quodam præpostero, atq; intē-
pestiuo, illis nihilo magis hodie quoque
præbetur: quo fit, vt imbecilles pleræq;
animæ tāto bono, tamq; necessariò sibi,
fraudentur. Volens igitur sancta Syno-
dus ad executionē perduci, quæ Chri-
stoduce, pro salute Indorum necessariò
ordinata sunt, seuerè præcipit omnibus
parochis, vt extremè laboratibus Indis,
atq; Ætiopibus, viaticū ministrare nō
prætermittant, dummodo in ijs debi-
tam dispositionem agnoscant nempe
fidem

Conc. Nic. c.

13.26. q. 6.

c. de his vero

s. Innoc. in

epit. 3. c. 2.

Conc. Cart. 4.

§. 77.

Conc. Lim. 2.

act. 3. c. 59.

A C T O

*Conc. Cart. 4. fidem in Christum & pœnitentiam
c. 76. 26. q. 6. in Deum pro suo modo. Neque enim
c. 15. qui in infirmitate. in extrema illa necessitate perfecta o-
De pen. dist. mnia exigenda sunt. Cum sanctorum
7. cap. si quis, Patrum decreta habeant, qualecumque
G. c. nullus fidei, & pœnitentiae testimonium, in yl
26. q. 6. c. his qui tempore. timo agône positis, ut salutaria sacramen-
Aug. lib. 1. de ta ministrentur, debere sufficere. Ut au-
aduit. coniug. e. ultimo. tem quam potuerit maximè decenti ap-
paratu, tantum illud sacramentum ad-
ministretur; dabunt operam, ut cruce
præeunte, & cereis accensis, tum etiam
loco honestè composito, & cæteris, quæ
in Synodo diœcesana Episcopi curan-
da prouiderint, ad ægrotū Eucharistia
deferatur, si ipse nequeat ad Ecclesiam
cōmodè portari. Vbi verò Eucharistia
non asservatur, id fieri peracto ante me-
ridiem Missæ sacrificio, atq; hostijs pro
indigentium numero cōsecratis: porrò
parochi, quicumque à prima huius de-
creti promulgatione negligentes fuer-
int, nouerint se præter diuinæ actionis
iudi-*

SECUNDA. 33

iudicium, etiam pœnas arbitrio ordina-
riorum, in quo conscientiæ eorum one-
rantur, datus, atque in visitationibus,
in illos de huius obseruatione statuti
specialiter inquirendum.

DE COMMUNIONE in Paschate. Cap. XX.

IN Paschate omnes Christianos adul*concil. Lat. 6.
tos communicare iubet sancta Dei Ec-
clesia, nisi iusta de causa prorogandam
communionem, sacerdos audita confes-
sione censuerit. Quod si plerique neo-
phitorum, haetenus ad Eucharistiæ per-
ceptionem non facile admissi sunt, fidei
exigitati, & morum ineptitudini tri-
buendum est; cum requirat tanti sacra-
menti communicatio tum firmam fidē,
cœlestem illum cibum à terreno, & hu-
mano dijudicantem, tum conscientiæ
munditiam, quam turpitudo ebriosita-
tis, & concubinatus, ac multò magis su-*

E persti-

*21.
concil. Trid.
seß. 13. c. 9.*

A C T I O

*Conc. Lim. 2.
seß.c.58.*

Proth. 9.

perstitionis nefariæ, prorsus labefactat, quibus vitijs plurimi his regionib[us] graviter laborant; sed quoniam, & multi Indorum, quotidie in Christiana religione proficiunt, & sunt etiam cæteri inuitandi, ac præparandi, vt coelesti mēsa, ad quam etiam parvulos vocari vult, diuina sapientia, salubriter fruatur: præcipit sancta Synodus parochis cæterisque Indorum prædicatoribus, vt saepe, ac serio de fide huius mysterij eos instruant; veram, ac realem Christi Dei nostri præsentiam sub panis specie doceant, eorum desiderium ad tantum beneficium excitent, præcipueq[ue] ad omniū peccatorum detestationem, ac puram confessionem, vitæque in melius emanationem exhortentur, vt alsidua denique prædicatione dignos dono illo viuifico reddant. Quos autem parochus, & satis instructos, & correctione vitæ idoneos iudicauerit, ijs saltē in Paschate Eucharistiam administrare nō prætermittat,

S E C V N D A. 34

mittat, ne ipse alioqui ecclesiastici præcepti violati reus sit: in quibus autē certam sententiam tenere non poterit, consulat Episcopum. Nemo vero Indoru[m], aut Æthiopu[m], ad communionē recipiatur; nisi proprij parochi, aut confessoris licentiā scripto sibi datam ostenderit.

D E E V C H A R I S T I A afferuanda, ubi commode poterit.

Caput. XXI.

Via sacrosancta Eucharistia in Ec concil. Trid. eff. 13. c. 6.

Q Via sacrosancta Eucharistia in Ecclesia afferuata, tūm protectio[n]em Christiano populo adfert admirabilem; tūm decumbentium necessitatibus opportunē subuenit, optandum certè esset, ac pro virili curandum, vt parochiæ Indorum tanto Dei munere fruerentur; sed quia securitas dignitasque tam præcelsi Sacramenti fidam custodiam, & præsentiam alicuius ministri ecclesiastici, atque alia quædam

E 2 postu-

A C T I O N E

postulat, quæ non facilè vbiuis reperiātur. Idcirkò ordinarijs, in Synodo præsertim diœcesana, tractandum prouidé dumq; relinquitur, quibus in locis possit ad populi deuotionem, & munimentum, Eucharistia dignè seruari.

C O M M U N I O N E M

damnatis ad mortem non negandam.

Cap. XXII.

*Extra de fur-
tis c. fures.
Conc. Vorma-
tient. ultim.
Leg. 7. tit. 13.
part. 1.* II, Qui propter facinora admissa capitis damnati sunt; pridie quam ad patibula à Magistratu ducātur, communiōne Christi corporis munitur, quod patienter, & cum salute animæ, poenas corpori debitas ferant.

P R O C E S S I O N E S

quomodo facienda. Cap. XXIII.

Q uo tempore ab Ecclesia solemnes sanctissimi Christi corporis processiones

S E C V N D A . 35

cessiones agūtūr; aut in die Paræcessus, aut quocumque alio die publicè supplicationes fiunt; nulla fœminarum coperto vultu, vel vias publicas inambulet; vel de fenestris prospiciat; idq; omnes obseruent, ne levitate fœminea, à cultu Dei, populum auocent, sed religioso potius, modestoq; habitu, & gestu, internā fidem pietatemq; testentur. Magistratus quoque, ac Republicæ ministros monemus, atq; hortamur in Domino, ut eadem sanctius supplications agantur, dent sedulò operam, ne viri, fœmineq; mixtim confuseq; incedant, sed præeat viri omnes, mulieres iuxta Prophetam, *Zachar. 12.* seorsum sequantur Dei ministros.

M I S S A S E L I N D O-

mibus priuatis fiant. Cap. XXIII.

M issæ in domibus priuatis passim dicuntur contra Tridentini Concilij Canonem: hunc abusum deinceps

*Concil. Trid.
Sess. 22. de
refor. Missa.*

ACTIO

omnino tollendum, carent ordinarij,
nec nisi in orationis approbatis, & ad eum
usum solummodo deputatis, missas ce-
lebrari, vlla ratione permittant.

DE ORNATU EUCHA-

ristie, & vestibus sacris. Cap. XXV.

Ecclesiis illis quod incident possibent, ad hanc

IN quoque Indorum populo ornamen-
tum, & quicquid ad celebrandum ne-
cessarium est, teneatur. Id si fieri alicu-
bi nequeat, sacræ vestes, & apparatus ex
alio populo in aliud non nisi sub cla-
uis custodia transferatur: vasa quoque
olei, & chrismatis in arcula clausa por-
tentur: quoties verò Eucharistiae viati-
cum ad ægrotos in oppidis Hispanoru-
m desertur, Sachrista thuribulo præeat sa-
cramentum: si oleum ad infirmoru-
m unctionem feratur, Crucem, & lanterna
clausa candelam portet. In cæteris quo-
que officijs ecclesiasticis Sachristæ pa-
rochos suos comitentur, & per se ipsos

supradicti

ab

mi-

SECUNDA. 36

ministerium suum impleant: si neglexer-
int facere, quartam obuentiōnem sibi
debitam amittant, pli belli punitio obsequia
vbi. in seculo vero non obstat.

EUCHARISTIA CVM

publicè exponitur, ministros Ecclesie
debere assistere. Cap. XXVI.

Et hoc quod audiuntur deinde in complicitate

Gloriosissimum Eucharistiae sacra-
mentum, tunc in die coenæ Domini,
tunc in festo, & octaua corporis Chri-
sti, ac quoties populo adorandum ex-
ponitur, à ministris ecclesiasticis cum
omni devotione assistentibus associe-
tur, cui officio Prelatus & Capitularibus,
& reliquo clero deputet per vices suas,
quos ipsi placuerit. R.P.X. 3. 3. 3.

ANNUO. quod subiectum videtur.

DE ORDINE IN

scultu diuino. Caput. XXVII.

Et postmodum ut etiam in Diuino officio

SAcerdotes inter Missarum solleñia,
ad diuina oblationes populi recipiendas

ab

E 4 ab

A C T I O N E

ab altari procedunt; sciant sibi penitus interdictum, ne vltra arcam toralem egrediantur, sed illic foeminas, quae voluerint offerre decenter expectent. In altari autem maximo præter eos, qui præbendam obtinent in Cathedrali, nullus celebret. Inter Missæ quoque maioris sollemnia in alijs altaribus, quoad licet, missæ non fiant: cum vero officium diuinū in choro cantatur, clerici in Ecclesiā non vagentur, neque quisquam, vel deambulet, vel fabuletur, vel perstrepet, sed cum omni pietate rebus diuinis vacet. Alioqui pœnis afficiatur, quas feliciter record. Pius V. infixit.

*In motu proprio cum pri-
mum.*

D E C E X T R E M A *Ka-*
ctione Indis danda. Cap. XXVIII.

*Concil. Trid.
Jeff. 14. c. 23.
de extrema
Vnctio.
Conc. Lim. 2.
Jeff. 3. c. 75.*

Extrême vñctionis sacramentū nulla ratio patitur Christianis morbo periclitantibus denegari; ne ergo post hac quorundam parochorum desidia, friuolâ

S E C V N D A. 37

de hoc excusationem praetereat; innouato superioris Synodi decreto, si iste mādamus, omnibus Indis fidelibus, atq; Äthiopibus per suos parochos, suo tēpore poenitentiam ostendentibus, hoc sacramentum administrari, atq. inter cætera à visitatoribus diligenter de hoc inquiri, pœnasq. arbitrio ordinarij negligentibus imponi.

V T R E X T R E M A
laborantibus Parochi assistant. Ca-
put. XXIX.

IS qui è vita decedunt, dent operam *Conc. Cōpof. art. 3. c. 37.* parochi, vt assistant, & maximè periculoso tempore, animas sibi commissas iuuent: quod si per se non possint, certè aliquem idoneum substituant, qui morientem excitet, & cohortetur, atque, in dispræsertim, exhortatione ab hac Synodo euulgata, opitulentur.

E 5 D E

A C T I O

D E C R E T A T R I D E N T I N I
Concilij de ordinibus, esse seruanda, & da-
micia iurata abroganda. Cap. XXX.

Quae à Patribus in sacro sancto con-
cilio Tridentino, de ijs qui pro-
mouētur ad ordines constituta sunt, ad
Ecclesiæ dignitatem, ac puritatem, con-
seruandam, summopere necessaria, ita
diaboli instinctu, & prauorum homi-
num fraude, sæpe numero negliguntur,
cùm ad sacratissimū sacerdotij munus,
passim infimis foeces hominum, cùm
summo nostro dedecore irrepsisse vi-
deamus. Quod vt post hac Episcopū dī
gentissimè caueāt, sancta Synodus æter-
næ vltionis, quæ negligentibus pastori-
bus imminet, cōtemplatione obtestatur,
atque admonet, vt quæ de inquisitione
vitæ, ætatis, natalium, eorū, qui sunt af-
sumendi ad quoscumque ordines, præ-
cipue ad maiores, necnō de litteris testi-
monialibus, tum etiam de examine præ-

*Coneil. Trid.
Jeff. 23. c. 5.
6.7.8.10.*

2. d

uio,

S E C V N D A. 38

uio, ac feuero, sanctissimè generale con-
cilium statuit, nullo modò vñquam sibi
prætermittenda existiment, præsertim
in ijs qui ex Europa aduentant, & qui-
cumque alias non satis noti sunt. Aba-
lienno autem Episcopo nullus omnino
promoueatur, nisi litteras ordinarij sui
de omnibus supradictis, testimoniales
deferat. Alioqui & ordinans, ab ordinū
collatione per annum, & ordinatus ab
exequitione arbitrio sui Episcopi sunt
ipso iure suspesi. Quoniam verò abusus
quidam iam pridem inoleuit, vt per do-
micia quædam iurata, quæ verbalia, &
commentitia plerumquæ sunt, in fraudē
Ecclesiæ, & sacrorum Canonum con-
temptum ad ordines indigni irrepant:
declarat hæc Synodus neminem sub
prætextu domicilij esse ordinandum,
nisi illud legitimè, quemadmodum ius
statuit, contractum fuerit, atque insu-
per si alibi ceperint ad ordines promo-
ueri, sui prælati litteras testimoniales
osten-

*Concil. Cart.
3.c. 21.
Conc. Aurel.
3.c. 15. 9. q.
2. per totum.
c. 1. & seq. de
susp. ord. in. 6.
Concil. Trid.
ses. 25. c. 8.*

A C T I O N E

ostendant: si quis ad titulum dōmīciliij iurati, antequam dōmīciliūm ipsum legitimē contraxerit, ordinabitur, sit ab ordinum executione ipso factō suspensus, & cuiuscumque beneficij, aut pareciā Indorum incapax per triennium.

A D D I T I V U M IN-

dorū posse promoueri etiam patrīmonij expertem. Cap. XXXI.

IN sacris præsertim presbyteratus ordinibus conferēdis, illud præcipue spectare debent Episcopi, vt operarios idoneos tantæ huic Indorum messi suppedinent, si quidem ea totius Episcopalis officij in hac Prōuincia, pétissima cura est: vt qui ad Euangeliū gratiā diuinitus vocantur, ministros habeant, quoad fieri possit, & zelo animarum præditos, & numero sufficiētes. **Q**uod si aliās idonei sunt, qui ordinari perunt, & cse ipsos doctrinæ Indorum dedicare cupiunt, nullo

S E C V N D A. 39

nullo modo propter patrimonij tenuitatē repellendi sunt, quin potius quādiu hæc Ecclesia indiguerit, quærēndi, & inuitādi, qui moribus sunt probatis, & litteratura etiā sufficiente, & linguae Indicæ non imperiti. Neque enim hos mendicare verisimile est, in tanta parochiarum multitudine, & sacerdotū penuria. Neque vero conciliij Tridentini vlla ex parte decreta violentur, cūm necessario animarū saluti hac ratione consulitur, quemadmodum Limensis quoque superior Synodus censuit. Ad titulum ergo doctrinæ Indorum, quamvis nulla specialis parochia illico designetur, quicumq; reuera Indis præficiendi putantur, iure ordinarij poterunt.

D E S I M O N I A C A V E N-

da in ordinationibus. Cap. XXXII.

QVAMVIS omnium antiquorum Canonum definitionibus, ac nouis- simè *sejj. 21.c.1.*

*Concil. Trid.
sejj. 21.c.2.
Conc. Lim. 2.
sejj. 2.c.6.*

*Conc. Calced.
act. 15.c.2.
1.q. 1. cap. si
quis Episcop.
Concil. Trid.
sejj. 21.c.1.*

ACTIO

simè sacri Concilij Tridentini decreto quævis simoniacæ labis species, vel etiā auaritiæ suspitio ab ordinū collatione, longissimè relegate, non cessant tamē adhuc multorum hominū improba ingenia ad sacrorum ordinum susceptionem, quod meritis, & doctrina, non continent, prauis, & occultis artibus aspirare, & quod sine dolore referre non possumus, auaritia duce, aditum sibi non-nunquam ad sancta sanctorum, aperiūt. Ex quo fit, vt abiectis, atque indignis ministris, & Ecclesiasticus status pâsim dehonestetur, & noua hæc Christi hæreditas operarijs confusibilibus occupata, exiguos admodum fructus faciat, cum per Dei gratiā possit facere uberrimos. Itaque, vt malum hoc, quo grauius nullum existimari debet, ex domo Dei funditus exterminetur, declarat sancta Synodus, tam dantes, quam accipientes, aliquid pro ordinatione, etiam quocumque colore, pœnas à iure inflatas,

SECUNDA. 40

Etas, ipso facto incurrere, neque ullam in hac parte consuetudinem excusare, neque praetextum ullum esse admittendum, quod sponte offeratur, aut detur, præsertim quando exiguitas doni, & personarum, ac temporis ratio non attestantur, iuxta Alexandri tertij decre-
Ex. desimo. c.
tum, puritatem in dante, & accipiente,
Et si questio-
nes.
ab omni suspicione auaritiæ alienam: sed neque pro dimissorijs, aut testimo-
nialibus litteris, neque pro sigillo, ne-
que alia quacumque de causa, eadem Tridétina Synodus patitur Episcopos, *Concil. Trid.*
eorumque ministros, aliquid accipere,
sess. 21. c. 1.
excepto quod notarius, decimam par-
tem aurei pro singulis litteris accipere
possit, si nullū ei ab Episcopo salaryum
constitutum sit.

ID O-

ACTIO

*IDONEOS SOLVIMMO-
do esse ordinandos. Cap. XXXIII.*

*IN ordinibus minoribus conferendis,
& intersticijs temporum expectandis,
potissimum verò sufficientia, cuiuscumq;
ordinandi solerter exploranda, atq; ijs,
qui munus idonei reperti sint, penitus
excludendis Episcopi integrè, omni af-
fectione humana postposita Tridenti-
ni concilij saluberrima decreta custo-
diant, vt Deo, & Ecclesiasticæ fideles se
dispensatores probent, neque vero eo
prætextu, quod Ecclesiæ laborent ino-
piam ministrorum, indignos ad sacras fun-
ctiones vocare debent, quādoquidem,
& illorum iam dudum copia excrevit,
& longè certè melius Dei Ecclesiæ, &
saluti Neophitorum consulitur paucita-
te electorum sacerdotum, quām multi-
tudine imperitorum.*

DE

SECUNDA. 41

*de ijs, qui contrahere volunt, publi-
cæ monitiones, aut denunciations
fiant diebus festis, vbi populus frequens
fuerit. Ignoti verò & exteri, aut vagan-
tes, nullo modo ad coniugium admittā-
tur, nisi informationem prius Prælatus
ipse, & viderit, & probauerit, alioqui
graues poenas ipsius arbitrio incurram.
Animaduertant quoq; ordinarij, ne in-
dispensatione denunciationum faciles
se exhibeant, nisi cum valde probabile
est impedimentum malitiosum matri-
monio ob futurum, & quanvis clande-
stina matrimonia, ex vniuersalis Eccle-
siæ statuto, inualidasint, & penitus nul-
la, si quis autem adhuc, ita contrahere
attentauerit, & ipse excommunicatio-
nis sententiam eo ipso incurrat, Et qui-
cuinque etiam nefarijs nuptijs praesen-*

Conc. Later.

c. 51.

Conc. Tridet.

*seß. 24. de re-
format. &c. c.*

7.

Conc. Lim. 2.

seß. 2. c. 21.

*In decreto de
reformatio.*

ad. 1. 1. 1. 1. 1.

ad. 2. 1. 1. 1. 1.

ad. 3. 1. 1. 1. 1.

ad. 4. 1. 1. 1. 1.

ad. 5. 1. 1. 1. 1.

F tes

A DIVORCIO

tes, se præbuerint, præter alias arbitrio ordinarij, infligendas poenas.

XVII. XX. quod ciborum non

DIVORTII CAVSAM A solo Episcopo definiendā. Cap. XXXV.

Conc. Tridet. feb. 24. Conc. Lim. 2. feb. 2. c. 23. & feb. 3. c. 72. Matth. 19. **D**iuertij causam solus Episcopus per se cognoscat, & finiat; poterit tamē eius generalis vicarius processum, usq; ad diffinitiū exclusiū formare; sed nisi causæ prorsus graues, ac perspicuae probate intercesserint, nō sunt matrimonia, quę Deus ipse coniunxit, separāda.

alioſt manu cuiuslibet, scilicet libet;

DE ESTATE RATIO RVM
matrimonij non prohibendis. Caput.

XIX. XVI. I. de pia om-

niō et utilitate vno, si nomiūscit ambi-

Concil. Trid. feb. 24. c. 9. Conc. Lim. 2. feb. 2. c. 19. **S**ervi Ethiopes, nequè contrahere matrimonia, neq; cōtractis vti, à suis dominis prohibeantur, nequè verò di- strahātur coniugati in ea loca, vbi à cō- iugib⁹ abesse perpetuū, aut etiam diu

cogan-

SEGUNDA. 42

cogantur, non enim debet lex matri- monij naturalis, per legem seruitutis hu- manam derogari.

maiorē qd; ut au Reliquis, & cibis, &c.

DE CEREMONIIS
nuptiarum. Cap. XXXVI.

alioſt oīo post. & cibis, & cibis, & cibis, & cibis,

CVm nuptię benedicuntur missa iux- ta prescriptū novi Romani Missa- lis dicatur, nihil penitus mutato, cere- monię verò consuetę fiant ad Ecclesie iannam, prout moris est, donec sanctissi- mi Romani Pontificis auctoritate ma- nuale cōmune publicetur, quod ope- tebit per omnia sequi.

ab aliis cibis, & cibis, & cibis, & cibis,

NIHIL AB INDIIS

accipendum in administratione fa- crorum. Cap. XXXVIII.

alioſt oīo post. & cibis, & cibis, & cibis, & cibis,

Pactiones quacumq; tacitas, vel ex- pressas pro sacramentis administra- dis, aut sepultura conferenda, sacri Ca-

nones

*De simo. c. nō
satis & c. se-
quent. ibid. c.
ad Apustoli-
cam.
Conc. Lim. 2.
feb. 2. c. 30.*

A C T I O R

nones tanquā simoniacaē labis commer-
tia fœdissimā detestantur, laudabiles ta-
men consuetudines, in populo Christia-
no receptas, amplectuntur et probant.
Cæterū de Indis, iam pridem Limen
se concilium constituit ac declarauit, ne
que pro sacramentorum, neq; pro sa-
cramentalium administratione, neque
vero pro sepulturæ cuiuscūq; apertione
quicquam exigi, aut recipi posse, sacer-
dote quidlibet ab Indis recipiente, qua-
druplici pœna mulētato. Quod salutare

Conc. Lim. 2. decretum Neophitorum edificationi, et
Seß. 3. c. 26. fidei magnopere necessarium, et à ple-
risq; cum non mediocri scandalo illo-
rum contemptum, hæc sancta Synodus
denuò innouat, et quātum potest serio
comēdat, declarans nullas in hac parte
consuetudines, tāquā laudabiles esse alle-
gandas, quæ potius abusus sunt nuncu-
pandæ, sed neq; ad oblationes faciēdas
in missa, aut alias Indi cogantur: sed si
quis offerre voluerit intelligat, id qui-

dem

S E C V N D A. 43

dem meritorium, & pium, sed tamen
prorsus liberum esse, vel facere, vel non
facere. Quicumq; tamen Indorum in
Hispanorū vrbibus domicilium habēt;
quia & in fide instructiores sunt, & no-
strorum hominū usum crebrō affectāt,
cum ijs poterunt consuetudines in se-
pulturis, & cæteris si quæ sunt laudabi-
les obseruari.

B O N A D E F V N C T O R V M

Indorum à parochis non usurpanda.

Cap. XXXIX.

Conc. Lim. 2. Ex bonis Indorum, qui deceđūt, pa-
Seß. 3. c. 10. rochi partem aliquā nullatenus usui
pare præsumāt, etiam sub illo prætextu,
quòd quintam eorum portionē pro de-
functi anima erogare velint, sed inte-
grū sit Indis de suis bonis disponere, vt
ipsis placuerit. Quòd si ab intestato de-
cesserint, ad heredes, quid pro anima de-
functi erogādū sit, declarare pertineat.

A C T I O

*PAROCHIS INDO RVM
semper prouidendum. Cap. XL.*

*Conc. Lim. 2.
eff. 3. c. 1.*

NE Christi oves, dum nullū pastorem habēt, funditus pereant, debet omnibus modis Episcopi prouidere, ut si parochias Indorū desertas viderint, neque ministros indicè doctos, atque vtroneos facere inuenient, mittant saltem sacerdotes probatos, quos etiam præsertim vacantes, atq; ad titulum Indorum promotos, vel ea ex causa, ex Hispania missos, compellant (salvo tamē iure Regij patronatus, quod integrum, atq; illæsum intelligi semper volumus) ad curam illorum suscipiendā, quandiu necessitas urget, adhibitis, si opus fuerit etiam censuris, cum lex charitatis, atq; obedientiæ à studijs quoq; litterarum abstractos, cogat interdum præfenti animalium periculo subuenire. Verum Indici sermonis periti, quoad fieri poterit quæ-

S E C V N D A. 44

quærendi erunt, atq; vt omnes indicè *cōc. Lim. eff.* discant, præmijs, & honoribus inuitan- *3.c.3.* di, quod si linguae peritus nullus occur- *De offi. iud. or.* rat, nihilominus sacerdote quocumque *di. c. quoniam.* parochia munienda est, dummodo mo- ribus corruptis non sit. Expedit enim benè viuentem potius, quam benè loqué tem parochum mittere, si alterum sit eli- gendum, cum multò amplius ædificet vita, quam lingua.

*PAROCHIA M IN-
dorum ante successoris aduentum à ne-
mine deferendam. Cap. XLI.*

PArochiam, siue doctrinam Indorū *Conc. Lim. 2.
eff. 3. c. 4.* nemo deferere audeat, si quis sine sui Antistitis assensu deferendam putauerit, aut ante discesserit, quam successori rerum Ecclesiasticarum suæ curæ commissarum, rationem reddiderit, sit eo ipso excommunicatus, nam & fraude- des in rebus Ecclesiæ non tollerandæ fiant,

A C T I O

fiunt, & Christi oves facilè desertæ per-
reunt. Eandem ob causam ministri Ec-
clesiæ fideles maximeq; ad Indorum sa-
lutem procurandam idonei, nullo mo-
dò in Hispaniam reuerti sinantur, nisi
publicæ vtilitatis causa iudicio Praelati,
id postulet.

MINISTROS DIA BOLI à consertio ceterorum Indorum sepa- randos esse. Cap. XLII.

Conc. Lim. 2.
fr. 3. c. 107. **A**D exterminādam Christianæ fidei
pestem, quā Arioli, & scelestissimi
demonū flaminis, tenero Christi gre-
gi perpetuò afferre nō cessant, quorum
tanta est nequitia, vt vno die euertant,
quicquid à Christi sacerdotibus per an-
num edificatur, prouidè admodū in Cō
cilio superiore cautum est, vt iij omnes
veluti alioqui inutiles, & decrepiti) in
vnum locum congregarentur, clausi q;
ibi tenerentur, ne cæteros Indos sua
com-

S E C V N D A. 45

communicatione inficerent; vbi etiam
alimenta, tūm corpori, tūm animæ ne-
cessaria præberentur. Hoc salutare de-
cretum quanto damno prætermisū sit,
satis nos docuit experientia. Quare vult
sancta Synodus, sine vlla excusatione
aut mora, executioni mandari, idq; paro-
chis omnibus præcipit, quātum in ipsis
erit; Regios verò ministros per Chri-
stū obtestatur, & regat, vt tā salutari in-
stituto operam suam accommodent, sta-
timq; prudenter inita ratione designēt,
vbi & quomodò isti diaboli ministri, si
ne aliorum pernicie contineantur.

D E S C H O L I S P V E rorum Indorum. Cap. XLIII.

Conc. Mag. 45. **S**Cholas puerorum Indorum parochi
valdè sibi commendatas intelligant,
in quibus doceātur legere, scribere, &c.
atque illud præcipue, vt nostrum Idio-
ma Hispanicū consuescant intelligere,

A C T I O

& pronuntiare, sed caueant scholæ occasione, ne illorum seruitute, atq; operis abutantur, neue eos pabulatum, ligna tumq; mittant, qua de re sciant conscientias onerari, & ad restitutionem teneri. Doctrina quoq; Christiana pueros, & puellas imbuant, neq; ad sua comoda detineant, sed tempestiuè ad parentes remittant, ijsq; obedientiam deferre, & opem ad subleuandos eorum labores, doceant.

D E C O L L E G I O seminario instituendo. Cap. XLIII.

Cōc. Parif. lib. 2. c. 30.
Conc. Aquis-
gra. c. 135.
Concil. Trid. feß. 23. c. 18.
Conc. Lim. 2.
feß. 2. c. 72.

Quoniam in sacro Concilio Tridentino inter alia in Synodo Provinciali tractanda, peculiari quadam ratione iniunctum est, vt de seminarij statuta Patrum imò Spiritus sancti auctoritate decretis instituendis agatur, atq; illud maximè perspicuum est, nullam hoc salutari instituto Ecclesiam perinde indigere,

SEC V N D A. 46

digere, vt hanc nostram Indicanam, in qua nouę plantę Euangelicę accuratè nutriendę sunt; & ad propagandam Christi fidem instituendę. Hęc sancta Synodus officium suum agnoscens, Episcopos omnes, atq; pastores ex parte omnipotentis Dei obtestatur, atq; eorū conscientias quantum potest onerat, vt in ecclesijs suis quamprimum seminaria prædicta puerorum excitanda curent, omnibus impedimentis quacūq; ratione postpositis. Porrò ad erigenda, & constituenda conuenienter prædicta seminaria, ex auctoritate nobis ab vniuersali Concilio in hac parte specialiter cōcessa, vno cōsensu statuimus & ordinamus, contributionem ex quibuscumq; redditibus & bonis Ecclesiasticis in hūc modum faciendam. Ut ex decimis, beneficijs, Capellanijs, Hospitalibus, confraternitatibus, iuxta eiusdem Concilij statutum, siue Episcopales, siue Capitulares, siue beneficiales redditus sint, etiam ex doctrinā

Concil. Trid.
feß. 23. c. 18.

ACTIO

*Conc. Lim. 2. doctrinis Indorum, etiam si regulares
fess. 2. c. 72. doctrinas ipsas teneant, tria de centum
in perpetuum applicentur, & ex nunc
applicata censeantur; ad quam sanè por-
tionem (satis certè moderatam) omnes
clericis, & prædictæ personæ in con-
scientia teneantur, necnon œconomi
ipſi, & officiales, aut quicunque per fol-
uere habent eiusmodi ecclesiasticos re-
ditus, præfatam portionem, trium vi-
delicet de quolibet centenario, retineat
pro seminario. Cuius fundationem, &
administrationem Episcopi fideliter, &
solicite current secundum tenorem, &
formam à Concilio Tridentino tradi-
tam, scientes se Deo omnipotenti, &
sanctæ eius Ecclesiæ rationem, si quid
minus recte egerint, reddituros.*

*Placent ne vobis Reuerendissimi Patres
hac decretam?*

Omnes responderunt: Placent.

DO-

SECUNDA. 47

D O M I N I C A D E C I-
manona post Pétecostem, in die sancti
Mauritij, & sociorum eius, quæ fuit
xxij. Septembris, tertia Actio habita est
in eadem Cathedrali Ecclesie, proces-
sione solemní præmissa, ac Missam ce-
lebrante Reuerendissimo Episcopo del
Rio dela Plata, & post concionem ha-
bitam à Reuerendissimo Imperialis E-
piscopo, eiusdem Actionis tertiae
decreta publicata sunt.

(. . .)

ACTIO

A C T I O
A C T I O T E R T I A
C O N C I L I I P R O V I N C I A L I S
 Limensis celebrata in ecclesia Cathedrali
 ciuitatis Regum, die xxij. Septembris,
 Anno M. D. LXXXIII.
Q U A L E S O P O R T E T
esse Episcopos. Caput. I.

1. Pet. 4.



1. Tim. 3.
 Tit. 1.
 V. A. L. E. S
 esse oporteat E-
 piscopos, à qui-
 bus reformatio-
 nis initiū sumen-
 dum est, vt iudi-
 cium incipiat à
 domo Domini,
 cùm totius cleri, & populi salus, atq; cor-
 rectio ex illorum correctione pendeat,
 satis quidem sacræ litteræ uno verbo
 videntur tradere, cum docent, oportere
 Episcopum irreprehensibilem esse, si-
 cut Dei dispensatorem. Quòd si vbiq;
 opere

qui-

T E R T I A. 48

quidem Apostolorū successores Epis- Aug. in psal.
 copos, Apostolicam etiam doctrinam, 44. dist. 68. c.
 & vitam referre, par est: tamen propria quoruū vices.
 concil. Trid. quādam & peculiari ratione, vbi gentes sess. 23. c. 4.
 ad euangelicam lucem primū vocan de ordin.
 tur, quod in hoc altero orbe nostra æta-
 te, in quos fines seculorum deuenerūt,
 Dei consilio placuisse cernimus, ibi Apo-
 stolico verè muneri Episcoporum, Apo-
 stolicam, quoquè sanctitatem, & lumen
 respondere debere, nemo est, qui non vi-
 deat: Non enim in ouile Dominicum
 nouus Christi grex, recte adduci, addu-
 ctus, recte pasci potest, quādiu pastores,
 non quæ Iesu Christi, sed quæ sua sunt,
 quærunt. Itaq; primū Princeps ipse
 pastorum Christus, assidue, atq; ardēter
 ab omni gradu orandus est, vt pastores
 huic suo gregi dare dignetur iuxta cor-
 suū, atq; vt tales viros integros, probatos,
 animarū amatores, et utiles omnino in
 domo Dei Regiae, et catholicæ Maiesta-
 ti eligendos pro immensa sua prouiden-
 tia

1. Pet. 5.
Hierem. 3.

ACTIO

tia semper inspiret; Deinde qui iam ad hunc locum diuina dispositione sublati sunt, aut posthac efferentur, eos hæc sancta Synodus in visceribus Christi orat, atq; obtestatur, vt dignitatè suā, morum præcipue splendore, & vitæ integritate tueātur, forma facti gregis ex animo, non dominantes fastu saeculari, nec turpe lucrum amantes, nec luxu mēfæ, aut apparatu superuacaneo, quæ sunt huius mundi sapientes, sed benigni, modesti, zelo fidei accensi, pauperum semper patres, & pro cōmizzo sibi grege solliciti, ministerium suum impleant, tales deniq; sint, vt per eos glorificetur Deus, & pater domini nostri Iesu Christi, illorum assiduis precibus præclarisq; meritis donet innumerabiles harū nationum animas, ac de potestate tenerarum eruptas, transferat in regnum filij dilectionis suæ.

*1. Pet. 5.
Conc. Cart. 4.
c. 13.
Concil. Tolet.
3. c. 7.
Conc. Antio.
c. 35.
Concil. Trid.
seß. 2. c. 1.
& seß. 13. c.
1. 12. q. 2. c.
Episcopi &
per seq.*

QVI-

TERTIA. 49

*QVIBVS MINISTRIS
vti debeant Episcopi. Cap. I.I.*

QVia verò Episcopi in tanta amplitudine dioecesum, per se ipsos pleraque obire non possunt, studiofissimè videant quibus sibi vtendum admistris putent, vt non nisi optimos, & lectissimos quosq; ecclesiasticis functionibus adhibeant. In primis familiares suos pudicos, ac religiosos esse doceant, pia opera, & sacramentorum usum frequentare, publicè in præcipuis saltem anni solemnitatibus Christi corpus sumere: vicarios verò & iudices, ac visitatores ex ijs qui sapientia & moribus præstant, eligant. Nemini porrò non solum infami, sed quoquis etiam modo notato, administrationem Ecclesie, aut visitationem quamcumq; committant. Religiosos, & piros viros soueant, veritatis studiosos amplectantur, assentatores & leues homines à se amandet, improbis, &c. G rapa-

*3. q. 7. c. infra
mis, & c. in-
fames.*

A C T I O

rapacibus, ac flagitiosis, terroris sint. De-
Conc. Cart. 4. niq; quē à sanctis Patribus in Concilijs
Tolet. 1. An-
thi. & Trid.
seß. 1. tot, ac tanta de Episcoporum dignitate,
grauitate, litteratura, religione, curaq; in
defessa pro Christi Ecclesia, copiose, ac
necessario, tradita sunt, ea vt in se ipsis
exhibeant nouæ huius Ecclesiæ Pasto-
res, omni ratione adnoti debent.

D E P R O T E C T I O N E & cura Indorum. Cap. III.

Nihil est in harum Indicarum gen-
tium prouincijs, quod ecclesiæ pre-
sides, cæteriq; ministri, non ecclesiastici
modo, sed etiam saeculari potentia insi-
gnes, à Christo summo Episcopo, & Re-
ge animarum, sibi vehementius cōmen-
datum, existimare debeant, quām vt
huic nouo, teneroquè Dei gregi, pater-
num affectum, curamq; pro spirituali,
& temporali eorum necessitate, prout
ministros Christi decet, impendant. Et

certè

T E R T I A. 50

certè harum gentium mansuetudo, &
perpetuus seruendi labor, & naturalis
obedientia, atq; subiectio, quo suis homi-
nes, quantumuis feros, mouere iure pos-
sit, vt eos defendendos potius arbitra-
rentur, quām improborum prædam es-
se paterentur. Quapropter dolens im-
pense sancta Synodus in hos miseros,
atque imbecilles tantum fraudis, ac vi
lentiæ non solum olim prætermodum
inuectum, sed hodie quoquè, à pluri-
bus designari, orat in Christo, atque ad-
monet omnes Magistratus, & Princi-
pes, vt ijs se benignos præbeant, suorum
ministrorum, cum opus est, insolent-
iam frenent, & Catholicæ Maiestatis
fidei commissos, & subditos liberos cer-
tè, non seruos agnoscant. Porro pato-
chis cæterisquè ecclesiasticis ministris
seriò præcipit, vt pastores se memine-
rint, non percussores, & tanquam filios,
Christianæ charitatis sinu, Indos foueāt
& portent. Quod si quispiā percutiēdo

Conc. Brac. 3.
c. 6. Leo epist.
82. p. 1. dist.
40. cū Beatus
&c. licet.

Conc. Lim. 2.
seß. 3. c. 116.

G 2 male-

ACTIO

maledicēdo, aut aliās quoquomodo In-
dum aliquem leserit, Episcopi, & vi-
tatores seuerē admodū, & inquirant, &
vindicēt. Profecto enim turpissimū est
Dei ministros in seculi satellites verti.

N E P E R S O N A E E C C L E-
siaſtīca vacēt negotiationi. Cap. III.

*1. Tim. 6.
Iohannis. 2.*

*Difſt. 88. c. co-
sequens Ge-
laf. epis. 1.
Difſt. ead. c. ne-
gotiatorum. c.
fornicari ext.
necleric. c. 2.
Conc. Lim. 2.
ſef. 2. c. 93.
Conc. Lim. 2.
ſef. 3. c. 17.*

Cvpiditas omnium malorum radix,
ita ecclesiastici quoq; status plerosq;
corrupt, vt domum Dei spiritualem,
faētam negotiationis domum cum ma-
gno gradus nostri dedecore, magno o-
uiliſ dominici detrimēto, sancta Syno-
dus, & ingemiscere cogatur & erube-
ſcere. Cui tanto malo, quod, & in dies
latius serpere, & Indorum saluti vehe-
menter nocere animaduerterit, cu-
piēs pro data sibi à Domino potestate,
efficaciūs occurtere, stricte p̄cipit, ne
qua persona ecclesiastica, cuiuscumque
gradus, dignitatis vē sit, negotiationem
ſacris

TERTIA. si

ſacris Canonib⁹ toties prohibitā, quā-
cumque arte, colore ve exerceat. Si quis
autem clericus mercaturae operam de-
derit, præter poenas à iure, atq; Conci-
lio superiore impositas, quas innoua-
mus, excommunicationis ſententiam
ipſo facto incurrat.

P A R O O C H O R U M
Indorū negotiantum pæna. Cap. V.

*Conc. Lim. 2.
ſef. 3. c. 17.*

Quoniam verò avaritię, negotiatio-
nisq; turpitudor in Rectoribus
Indorum, & crebior est, et periculosior,
cum neophiti iſti ea de cauſa, tūm ſcan-
dalum graue ſuſtineant, tūm iſtructio-
niſ ſuā iacturam non mediocrem fa-
ciant, dūm ab hiſ in temporalibus ipſo-
rum quæſtibus occupantur, à quibus de-
bebant spiritualibus incrementis auge-
ri: idcīrcō ſancta Synodus ſub iſdem
poenis proximo decreto propositis, ve-
tat, ne quis Indorū parochus per ſe, vel

G 3 aliam

A. CITATIONE

aliam interpositam personā quamcūq;
21. q. 3. per cuīn quibūsuis Indis mercaturam exer-
totū dīst. 88.
c. decrevit ne
clericī vel. c.
z. aliam interpositam personā quamcūq;
cere præsumat. Insuper neque pecora
quæcumque alere, præter necessaria ad
viētum, aut agros colere, aut vehendis
mercibus animalia tenere, vel locare, ne
que Indos ipsos admineralia sibi curan-
da mittere, vel eorum operam locare,
denique neque cum ipsis Indis negotiari,
neque cū alijs per ipsos. Qui isto-
rum quidlibet egerit, etiam excommuni-
catione latæ sententiæ eo ipso se no-
uerit innodatum, sciant etiam parochi
Indorum mineralium officinas siue in-
genia, pannorum quoque lanificinas,
cæterasque quæstuarias artes, sibi esse
penitus interdictas. Neque enim qui
euangelizandi ministeriū suscepérunt,
Deo simul, & mammonæ seruire pos-
sunt.

DI-

TERTE DIA. 52

DISPENSATIO NE
gratis esse faciendas. Cap. VI.

IN quibusdam nostræ Prouinciæ par-
tibus, prauus quidam abusus inolevit,
ut pro diuersa qualitate causarū, in qui-
bus dispensatio petitur, maior, minor
ve precij summā reddatur, adeò ut ta-
xæ ipsæ veluti lege præscriptæ habeant
tur: quotiescumque igitur, siue vrgens
ratio, siue Ecclesiæ vtilitas dispēsandum
in aliquos persuaserit, sciant ij, penes
quos dispensandi facultas erit, non so-
lum mature, & grauitè causa cognita,
sed etiam gratis omnino dispensatio-
nem esse faciendam, aliterque facta di-
spensatio subréptitia censematur.

Concil. Trid.
sess. 25. c. 18.

G 4 DE

D E C R I T U A R I O,
& Fiscali, & Indice causarum Ec-
clesiasticarum. Cap. VII.

2.q.7.c. nul-
lus &c. lai-
co.
16.q.7. in no-
na & seq.
c. contingit
de arbit.

Conc. Lim. 2.
Jeff. 2.c. 100.

Conc. Tolos.
act. 2.c. 15.

Conc. Cōpost.
att. 3.c. 24.
Conc. Lim. 2.
Jeff. 2.c. 101.

IN causis criminalibus clericorum nullam ratione liceat informatione iudicis, seu cuius personae sacerdotali committere, cum, & alienum id sit à iure Canonico, & Ecclesiasticae dignitati iniuriosum. Illud vero Prælati summopere attēdat, ut in causis matrimonialibus, cum de diuortio, vel adulterio agitur, fidelissimo secreto negotia gerantur, ne per negligētiam in discrimen graue, partes cōijciantur.

O F F I C I A N O T A R I A I I,
& Fiscalis gratis cōferenda. Cap. VIII.

Officia Notariatus, aut Fiscalatus, quemadmodū est in concilijs Provincialibus saepe dispositum, neq; vendantur,

dantur, neq; locentur, sed hominibus probis, atq; industrijs, gratis ab Episcopo conferantur: si secus fuerit factum, contractus omnis, ipso iure sit nullus.

S I N E D I M I S S O R I I S
litteris clericum non esse recipiendum.

Cap. IX.

Grauiissimè veterum patrum insti- Conc. Cart. 1.
 tuta sanxerunt, ne clericis sine legi- c. 5.
 tima facultate, vel à sua diœcesi recede- Conc. Calced.
 rent, vel in aliena recipierentur. Sed qui act. 15.c. 13.
 id iuris solum esse volunt, quod ipsis lib primatus, &
 bet, facile iura omnia pessundant, & vbi c. extraneo, et
 volunt vagantur, neq; suis Præpositis c. hortamur,
 obedientiam deferentes, neq; quicquā aliud, crebris huc illuc comminationibus, & c. nullū.
 præterquam avaritiæ suæ, ac libidinis scā- De cler. non
 dala plurima excitates: istos vt discipline refi. c. frater-
 ecclesiasticae subditos esse doceat, præ- nitati.
 cipit omnino sancta Synodus, sub po- Concil. Lim.
 na pecuniaria arbitrio Episcopi, vt null. Jeff. 3.c. 4.
 G 5 lus Concil. Trid.
 Jeff. 23.c. 16.

AIC THIOT

lus clericus ex una diœcesi in aliam cō-
meat sine litteris dimissorijs. Nullus
quoque sub eadem poena Vicarius, aut
Prouisor, aut Iudex ecclesiasticus aliter
admittat quemquam, etiam ad Missam
celebrandam: Idem à regularium supe-
rioribus obseruari sancta Synodus ob-
nixe petit, atque admonet. Insuper sta-
tuit, ne huiusmodi litteræ dimissoriæ,
à quo quis Vicario impetrari valeant, sed
tantum ab ipso Episcopo, vel ab ipsis
Vicario generali habente Episcopi ex-
pressam ad hoc in suo titulo facultatem:
secus concessæ, vel obtentæ litteræ nul-
lius sint roboris vel momenti.

D E S E R T O R I B V S
instituti regularis non esse committendas
parochias Indorum. Cap. X.

Conc. Tridet.
seß. 14.c. 11. R E gularia instituta qui professi sunt,
deserentes, nō sunt ab Ecclesiæ pre-
sulibus fouendi, ijs igitur, neq; benefi-
cium,

TERTIA. 54

cium, aut ecclesiasticum ministerium
conferatur, neq; vero parochia Indoru, Concil. Trid.
seß. 14.c. 11.
nisi ad id idoneam facultatem à se-
de Apostolica obtentam ostenderint:
exempti quoque à suis superioribus, aut
qui sub nullius certi Prælati disciplina
in his partibus agunt, nullo modo In-
dorum doctrinis præficiantur, quin po-
tiùs, si deliquerint, corripiantur ab ordi-
nario iuxta decreta sacri Concilij Tri-
dentini, atq; eorum litteræ dimissoriæ;
& facultates diligenter examinentur.
Concil. Trid.
seß. 6.c. 3.

Quod si, aut insufficienes, aut iam ex-
acto iusto tempore invalidæ fuerint in-
uentæ, omnino in Europam remeare,

etiam sub censuris compellantur.

Q V O T O N V M E R O
Indorum præficiendus sit parochus:
Caput. XI.

10. q. 3. cap.
Unio nostra:
c. ad audiend.
C. c. 1. C. c.
fin. de Eccl. e-
Episco-
dific.

E T Antiquissima iura, & nouissima
sacri Tridentini Concilij decreta

ACTIO

Concil. Trid. Episcopos magnopere admonent, ne
seß. 21. c. 4. plures parochianos Rectori alicui committit patientur, quām quibus possint sufficere ad ecclesiastica sacramenta ad ministranda, & diuinum cultum peragendum. Quod mature excedentes Patres in hac ipsa vrbe iam pridem ad Synodus Provincialem cōgregati simul etiam perniciosum illū abusum in hoc nouo orbe vigere considerantes, quo in numerabiles Indi, interdum in locis valde distantibus, vnius parochi curae traduntur, à quo, neque instrui in fide possunt, neque sacramentis necessarijs imbuvi, neque prout opus est regi, maximè cum ijs, vtpote paruuli plurima, ac pene continua cura pastoris indigeant, vt annas suas liberarent super speculam domini constituti, clara voce pronunciari, testatiq; sunt, iudicare se nō posse vni rectori plures parochianos Indos, *Conc. Lim. 2.* quam quadringētos tuto committi: sed *Jeff. 3. c. 76.* neq; ipsis adhuc quadringtonitis vnum *77. &c. 78.* suf-

TER TIA. 55

sufficere certo se affirmare: interim tamen id tollerādum esse. Hæc igitur sancta Synodus, eadem in Domino sapiēs, ne in districto Dei iudicio cogatur, animalium iacturam ex defectu pastorum sustinere, serio admonet, atq; declarat, tam numerosum Indorum populū, non posse, tuta cōscientia, paucis rectoribus committi, si plures reperiantur idonei (si enim desint, alia ratio est) cum præsertim Indorum tributa, quæ doctrinæ potissimò titulo exiguntur, tanta sint, vt longè plures ecclesiasticos ministros, non raro alere possint. Itaq; censemus in quocumque populo Indoru, qui continet parochianos trecentos, aut etiam ducentos, proprium parochum debere constitui. Cum autem pauciores fuerint quam duceti, curet & efficiat Prælatus, vt eo reducantur, vbi commode regi possint.

UT

A C T I O

V T A S S I G N E T V R
parochus ijs, qui in mineralibus, aut
lanificinis agunt. Cap. X I I.

De eccl. edifi.
c. ad auditum,
& c. final.

IN prædijs, pannorum quoq; aut sacchari, aut mineraliū officinis, vbi animarum non exiguus numerus seorsum degit, sæpe doctrina, & sacramentis homines destituantur. Current igitur ordinarij, vbi numerus competens est, sacerdotem præficere doctrinæ illorum, ex portione Canonica sibi debita quaduplicis noueni sustentādum, vbi decimæ Ecclesiasticæ dantur. Quod si hæc pro illius sustentatione non sufficerint, ex bonis, aut commodis ipsius domini, aut cuius interest (qui si renuat per censuras etiam compelli debet) arbitrio ordinarij cōgrua portio assignetur. Si ad rectoris quoq; sustentationem qui Hispanorum curam gerit non sufficerint, quatuor nouenæ partes in ecclesiarum ere-

T E R T I A. 56

erectionibus constitutæ, iudicio ordinarij ex parochianorum bonis, cōgruēs portio suppleatur: iuxta Concilij Tridētini decretem.

Concil. Trid.
Sess. 2. c. 4.

D E P O R T I O N E
debita parochijs, & hospitalibus Indorum. Cap. X I I I.

Ecclesijs, siue parochijs Indorum, ex erectione, & fudatiōne debetur vna nouena pars cum dimidia; hospitalibus quoq; siue Xenodochijs Indorum, tātudem omnino attributum est, quemadmodum in Synodo quoque prouinciali Limensi annis ab hinc sexdecim, explicatum est. Quamobrem, & prædictę portiones in posterum fabrica, hospitalijsq; Indorum, sine excusatione reddātur, & capitula Cathedraliū pro ijs, quæ hactenus retinuerunt, videant quemadmodum conscientias suas exonerent.

Conc. Lim. 2.
Sess. 3. c. 8. 1.

D E

A C T I O

D E F E C T U S . D . O -
ctrina, ecclesijs Indorum debere cedere.

Caput. XIII.

Conc. Lim. 2.
seß. 2. c. IX.

EA, quæ propter absentiam Indorum parochis de legitimis stipendijs subtrahuntur, quos vulgo defectus doctrinæ appellant, debent omnino in utilitatem Ecclesiæ Indorum conuerti, itaque vel fabricæ Ecclesiæ, vel ipsius oppidi pauperibus pro Episcopi iudicio, omnino distribuantur, neque ad alios ysus yl la ratione applicetur, sicut Regi nostro Catholico placet, si quando tamen ex mandato Episcopi pro Ecclesiasticis negotijs parochus ab Ecclesia sua abfuerit, protalibus absentijs, sic ab Antistite suo approbatis, nihil de stipendio debito im minuatur. Cum iniquum sit, qui Ecclesiæ inseruit eum Ecclesiæ mercede spoliari. Parochijs porro Indorum, quos regulares olim minori cum stipendio tenuerunt, eo quod ipsi paucioribus es-

sent

T E R T I A. 57

fent contenti, etiam ad parochos sæculares redierunt, reddatur omnino equale stipendum, quale solet cæteris conuicinis solui, vt labor æqualis non inæqualem habeat mercedem.

D E R E F O R M A T I O N E
clericorum communiter. Cap. XV.

QVæ à Patribus magna Spiritus sancti luce perfusis, in œcumeno concilio Tridentino de vita & honestate clericorum, grauiter, & sapienter præcepta sunt, ea omnes, maxime Ecclesiæ huius nouæ ministri, assiduè meditari, atq; obseruare studiosissime debet, merito enim tradunt maiores nostri, nihile esse quod alios magis ad pietatem, & Dei cultū instruat, quam eorū vitam, & exemplum, qui se diuino ministerio dedicarunt: cum enim in altiore locum à rebus sæculi sublati conspiciantur, reliquos profectò in eos oculos

H con-

concil. Trid.
sess. 22. c. 1.

A C T I O

conijcere, tanquam in speculum, vnde semant, quod imittentur. Quapropter sic decere clericos in sortē Domini vocatos, vitam moresq; suos omnes componere, vt habitu, gestu, incessu, sermone, alijsq; omnibus rebus, nihil nisi graue, moderatum, ac religione plenū præ se ferat; leuia etiam delicta, quæ in ipsis maxima sunt, effugere, vt eorum actiones cunctis afferat venerationem. Quo circa statuit eadem Synodus Tridentina, vt quæ aliâs à summis Pontificibus, & à sacris Concilijs, de clericorum vita, honestate, cultu doctrinaq; retinenda, ac simul deluxu, commissationibus choræis, alijs, lusibus, ac quibuscumq; criminibus, ne non sacerularibus negotijs fugiendis, sancita fuerunt, eadem impo sterum ijsdem pœnis, vel maioribus arbitrio ordinarij imponendis, obseruentur: neque appellatio executionem hæc, quæ ad morum correctionem pertinet, suspendat: quæ salutaria præcepta com muniter

T E R T I A.

58

muniter proposita, volens hæc Synodus in uiolabiliter obseruari: hæc circa cleri reformationem, omni appellatio ne postposita, specialiter exequenda cōstituit.

D E H A B I T V. C L E R I corum. Caput. XVI.

PRimum habitus externus clericorū Concil. Trid. seß. 14. c. 16. decens sit, nihil prophanum, nihil Conc. Lat. sub Leo. 10. seß. 9. ambitiosum præ se ferat; vestes, neque Concil. Conf. seß. 14. diuersi colores, neq; sericæ sint, neque Clem. quoniā de vita, et hon. cler. 21. q. 4. aut breuiores & strictiores, neq; contra Concil. Lim. 2. prolixiores, & splendidiores quam decet, sed pro Ecclesiastica grauitate talares; remoueantur verò à clericali vsu, per totam noua quædam inuenta indumentorum, seß. 2. c. 87. cc aut ornatus, quæ milites, non clericos seß. 3. c. 10. decet: qualia sunt, quæ patro more, vocare solent, *Lechuguillas, polaynas, punetes, guarniciones de seda, faxas en los manteos, alamares, monteras, pantuflos,*

ACTIO.

oçapatos de seda, follajes en las calças o
muslos, aunque sean de paño. Et si quæ
sunt alia huius generit. Noctu autem ar-
matos volitare (cū domi etiam quo quis
modo continere se debeant) tūm etiam
vestitu militari, ac profano compositos,
nulla ratione ferendum est. Quod si ne
gotium vrgeat noctu egredi domo, lux
certe preeat, aut honestus comitatus, vt
Conc. Lim. 2.
fes: 3. c. 21. d.
23. c. prohibi-
te, & c. non li-
ceat de vi. &
hom. cleric.
filios lucis ostendat. Porrò cum iter fa-
ciunt, decorum sacerdotale, ipso etiam
apparatu conseruent. Etenim quod qui
dam faciunt, lāceas, sclopetos, aliaq; id
genus arma gestare, milites Christi ma-
gnopere dedecet. Barbam, & tonsuram
clericalem singulis saltē mensibus ra-
dant; si quis hæc parui pendens, vestibus
profanis vti, aut armis deprehendatur,
amittat statim omnes supradictas pro-
fanas vestes, atq; arma, quæ arbitrio Præ-
lati applicentur, atq; alijs etiam grauio-
ribus pœnis, prout illi videbitur subij-
ciatur.

DE

TERTIA. 59

DE LVDO. Cap. XVII.

Ita multorum clericorum in ludēdo Difst. 35. cap.
Episcopi in. 6.
Syn. can. 50.
Concil. Lim.
sess. 3. c. 22.
De vit. & ho-
ne. cleric.
creuit excessus, vt cogamur remedia
austeriora tentare, quo, & ecclesiastici
ordinis infamia aliqua ex parte abolea-
tur, & perditi mores illorum, qui in hu-
iusmodi insaniunt, quoad fieri poterit,
corrigantur: quicumq; ergo aleæ, car-
tisue pietis, aut alteri, iure prohibito, lu-
do vacauerit, & summam excedentem
quinquaginta aureos, luserit, excommu-
nicationis sententiā ipso facto incurrat;
exceptum tamē esse volumus honestum
aliquem, ac recreationis tantum causa
susceptum ludum; in quo commestibile
quidpiam, precium sit, & tale vt duorum
aureorum valorem non excedat, quod
etiam ipsum frequens esse non debet.

H 3 NE

A C T I O

N E C L E R I C I F O E-
minas comitentur, aut laycis inser-
uiant. Cap. XVIII.

Concil. Tol. et. 2 c. 33. & act. 3. c. 8. **N**ullus in sacris constitutus, fœminis familiare ministeriū exhibeat: ita ut equitando ducat à tergo, aut ambulando manu teneat, aut comitetur, nisi soror, vel mater sit, alioqui & clericus, & fœminę contra agētes, arbitrio Epis.
21. q. 3. Credo & c. Sacerdo copi puniantur. Eidem quoque senten-
tię subiaceat clericus, si layco alicui famu-
lum se exhibuerit, & œconomī, aut ali-
eius alterius officij genere inservierit;
qui & gradum suum, & nostrum de-
cretum contemnens, quiduis horum fe-
cerit, arbitrio Prælati puniatur: valde
enim absurdum est: vt qui ad altissimi
ministerium consecrati sunt, hi se lay-
corum, & maxime fœminarum famu-
los patientur.

D E

T E R T I A. 60

D E C O H A B I T A T I O N E
mulierum, & cōcubinatu. Cap. XIX.

FOEminarum cōsortia vitare clerici debent, ne vel continentiam, quam Deo voverunt, violent, vel certè honorē suum grauiter lādant, ac clericalem ordinem ludibrio cæteris exponant. Itaq; non solum concubinas tenere nefas, sed etiam mulieres quascūq; suspectas, vel domi alere, vel foris frequentare, turpe admodum est, & quoniam impunitas, peccandi licentiam facile tribuit, meminerint, se præter cæteras pœnas sacrorum canonum, constitutione Concilij Tridentini ad primā monitionē Epis. copi, si non abstineant, tertia parte fructuum, obuentionum, ac prouétuum, & beneficiorum ipso factō priuari. Ad secundam vero monitionē, si adhuc persistant in flagitio, non solum beneficiorum fructibus priuari, sed etiam ab administratione beneficij, eo ipso suspēdi.

H 4 Quod

*Extra de co-
hab. cler. &
fæm.*

*Dist. 32. cap.
quoniam & seq.*

*Dist. 29. c. o-
portet. c. seq.*

A C T I O.

Quod si tertiam præterea monitionem
sine emendatione præterierint, omni
beneficio, & officio ecclesiastico priuā-
Concil. Trid. seß. 25. c. 14. dos esse, atq; inhabiles ad quosuis hono-
Conc. Lim. 2. seß. 2. c. 82. res, & beneficia reddendos. Nominie ve-
rò beneficij, & ecclesiastici honoris, siue
prouentiū, comprehendi etiam doctrin-
as Indorum, atq; ex eis prouenientia sti-
pendia, declaramus: quod si nulli eccl-
esiæ inferuierint, neq; beneficium habue-
rint clerici concubinarij, nihilominus
à suo Prælato severè puniantur, iuxta e-

Concil. Trid. seß. 25. c. 14. iusdē Concilij decretū, additis etiā gra-
uioribus poenis, prout ipsi videbitur ex-
pedire. Episcopi autē, & visitatores eo-
rū in prædictos clericos concubinarios
inquirāt assiduè, & postposita omni ap-
pellatione ad executionem, etiam sine
strepitu, & figura iudicij, facti veritate
inspecta, procedant, scientes sibi in æter-
Conc. Lim. 2. seß. 3. c. 7. no Dei iudicio grauissimè imputandū,
si eiusmodi concubinarios monere, aut
punire dissimulauerint. Porrò parochijs
Indo-

T E R T I A. 61

Indorum nullo modo clericos inconti-
nentia notatos, aut suspectos præficiant;
quin potiùs, cū tales rescuerint, sine cū-
Conc. Lim. 2. seß. 3. c. 7. Etatione remoueāt, neq; aliundē remo-
tos aliò transferāt, ne propter eos (quod
crebro cernimus) nomē Dei blasphemē-
tur inter gentes, sed neq; iuuenculas In-
das ad seruitia domestica, siue perpetuò,
siue etiā per vices alternātes, tenere vlla
ratione permittantur: sed aut famulatu-
virorum, aut si opus erit, mulierum satis
ætate prouetarum seruitio vtantur.

NE IN SCENICIS, CLERICI aut monachi agantur. Cap. X.X.

Concil. Tolet. aet. 2. c. 25. de vit. et hon. cler. cum de- corem. Clericos, aut monachos agere in sce-
na, aut mimico quoquis ludo, non de-
cet, nisi fortè argumentū sit piū, ac reli-
giosum, & ab ordinario approbatū ad
ædificationē populi: sed neq; quemcūq;
clericū maioribus initiatum, personā lu-
dicrā in eiusmodi comedijis pronūtiare
Conc. Lim. 2. seß. 2. c. 42.

A C T I O

fas est: Quicumq; horum vtrumuis fecerit, sit eo ipso excommunicatus.

N E C L E R I C I D E C I-

marum conductores sint. Cap. XXI.

*extra. nec-
ric. c. 1. 2. 1. q.
3. c. placuit.*

Sacrae leges prohibentes clericos con-
ductores fieri, ad vngue obseruetur.

D E S T V D I O C L E-

ricorum. Cap. XXII.

*Concil. Trid.
sess. 21. c. 18.*

Electio librorum ecclesiasticorum,
clericis attendant, vnde officijs sui ad-
moneantur, & authores habeant casibus
conscientiae tractandis idoneos, in qui-
bus versati sint oportet. In his vero ne-
gligentes corripiatur. Nullus verò igno-
tus, & peregrè veniens clericus, insigne
illud assumat, aut gestet, quod nostri
Becca appellant, neq; supra pileum cle-
ricalem, galerum amplum, vel sericum
ferant: prout Episcopis vel Præbenda-
tis,

T E R T I A. 62

tis, vel graduatis moris est, neq; vero se, aut Doctorem, aut Magistrum, aut Licē-
ciatum, aut Bacchalaureū nominet, seu
subscribat, sub cētum aureorum poena,
nisi prius Prælato legitimum titulum
ostenderit, ne fallaci ostentatione impe-
riti lādantur, & seducantur.

N E U E N A T I O N I B V S

& aucupijs clerici studeat. Cap. XXIII.

Conc. Franci.

*Sub Zacharia
ne cler. l. mo-
nach. c. 1.*

*Concil. Trid.
sess. 24. c. 12.*

*Conc. Lim. 2.
sess. 3. c. 18.*

Venerationibus, aut aucupijs clericos
studere, sanctorum Patrum statuta
prohibēt, atq; adeō canes venaticos, aut
accipitres alere, more Principum sācu-
larium: si quē ergo huiusmodi ineptijs
deditum ordinarij, & visitatores, offendan-
terint, opportune coercent.

N E

A C T I O

N E P T A B A G H V M
Prasbyteri sumant ante Missam.
Cap. XXIII.

P Rohibetur sub reatu mortis æternæ
Præsbyteris celebraturis, ne tabachi
fumum ore, aut sayri, seu tabachi pulue-
rem naribus, etiam prætextu medicinæ,
ante missæ sacrificium, sumant.

V T D I E B V S F E S T I S
ad ecclesias clericōueniant. Cap. XXV.

Clerici omnes, etiam prima tonsura
initiati, diebus Dominicis, & festi-
uis, ad Cathedralem ecclesiam, aut ali-
quam parochialem, de assensu ordinarij
ad vespertas primas, & secundas, ad ter-
tiam, & missam solemnem secundū Ca-
nones (postposita quavis excusatione)
Dist. 91. cap. Eleutherius.
Dist. 92. c. si quis Presbyt. cum superpelicijs conueniant, etiam si
præbendam ibi non habeant. Qui ne-
glexerint arbitrio ordinarij puniantur.

D E

T E R T I A. 63

D E O F F I C I O D I V I N O
ab omnibus capitularibus persoluendo.
Caput. XXVI.

D luino officio diurno, & nocturno,
ac missarum solemnibus, intersint
omnes in Cathedralibus ecclesijs, Digni
tates, atq; Canonici, quemadmodum in
Tridentino, & Limensi concilio con-
stitutum est. Qui verò nō interfuerint
sine villa remissione distributiones amit-
tant, quæ cæteris, qui intersunt eo ipso
debeantur: neq; verò remissionem, aut
condénationem villam in ijs sibi vicis-
sim. Capitulares facere possint, si fece-
rint nulla sit, sed distributiones ita per-
ceptas teneatur in conscientia restitu-
re, qui fraudem fecit. Præterea designe-
tur, qui notet defectus absentium fide-
liter, & secreto, cui etiam tertia pars ce-
dat mulctarum, quavis collusione pror-
sus exclusa. Portiones verò tam ex de-
cimis

Concil. Trid.
seß. 24. c. 12.

Conc. Lim. 2.
seß. 2. c. 63.

Conc. Cöpoft.
act. 2. c. 16.

Conc. Lim. 2.
seß. 2. c. 68.

Concil. Tolet.
act. 3. c. 10.

Conc. Lim. 2.
seß. 2. c. 66.

A C T I O

cimis quām ex obuētionibus debitæ, in quotidianas distributiones cōuertātur, ac diuidantur secūdum erectionem, & superioris Concilij Canonem, quē innouamus, atq; omnino seruari mandamus.

D E P R E C I B V S
Matutinis, & Salve Regina. Caput. XXVII.

HO R A E Canonicæ matutinæ, ante Pulsum salutationis Angelicæ, ne quaquam inchoentur; signum vero cāpanæ, ad singulas Canonici officij horas detur, omnibus autem sabbatis, salve Regina cantetur in Cathedralibus, & Parochialibus ecclesijs, cui intersint Præbendati, & alijs clericij omnes cum superpellicijs, etiā primæ tonsuræ, aliqui arbitrio ordinarij plectantur.

N E

T E R T I A. 64

N E P R A E B E N D A M
obtinentes à sua Ecclesia absint. Caput. XXVIII.

CAthedralis ecclesia suis ministris carere non debet. Itaq; quod quæstus, nō charitatis causa fit, nulla ratione permittēdum est, ut Dignitatem, Canonicatum, aut quamcūq; Præbendam in ea obtinentes, ad Vicariatum, aut Curatū, extra illam mittantur, quod in sede vacante, quia perquam frequēs est, ne fiat, sancta Synodus sub æterni iudicij cōmissione denunciat. Nulli quoq; in ecclesia Cathedrali Præbendam obtinēti, commeādi in Hispaniam copia fiat, nisi Præbēdam suam, aut beneficium prius resignauerit: præterea ijdeim in ecclesia Cathedrali Præbendam obtinentes, nō amplius quām per mēsem, atq; hunc interpolatum, ac per dies, non per horascō putandum, ab ecclesia abesse possunt.

D E

*Conc. Lim. 2.
Sess. 2. c. 71.
Concil. Trid.
Sess. 14. c. 12.*

ACTIO

DE SCHOLASTICO Et cātore Cathedralium. Cap. XXIX.

CVm beneficium detur propter officium, munusq; Scholasteriam obtinentis in Cathedralibus sit, docere litteras, Cantoris vero cantum ecclesiasticum. Cumq; tam Tridentini conciliij generalis, quam superioris Provincialis id fieri decreto sancitum sit, statuimus in nostra Prouincia posthac, vt Scholasticus perlegat lectionem, quam ei suus concil. Trid. Præful indexerit, et cantor doceat ratio-
ses. 13. c. 18. nem cantus, idq; vterq; exequatur intra decem dies, ex quo statuti notitiam cæ-
Conc. Lim. 2. ses. 2. c. 75. perit. Alioqui seuere arbitrio Episcopi mulcentur. Quod si in seminario puerorum eligēdo, suo fungantur munere, eo ipso sint liberi à contributione pro dicto seminario.

DE

TERTIA. 65

DE CAPELLANIS.

Cap. XXXI.

Capellanię in Ecclesijs Cathedralibus, aut parochialibus institutę, nisi ex ipsa fundatione Dignitatibus, aut Canoniciatibus, aut alijs beneficijs sint annexę, capitularibus, aut beneficiatis non conferantur, sed alijs clericis vbi sunt institutę inseruant, iuxta decreta Concilij Tridentini, & Regis nostri Catholici voluntatem, novā encycli*H*abemus, cuius

*Concil. Trid.
ses. 24. c. 17.*

DE OECONOMIS

Ecclesiistarum. Cap. XXXI.

Nullus oeconomus in cathedralibus, vel parochialibus ecclesijs admittatur, nisi prius fiduciis oribus datis. Arca autem tribus clavis clausa pro ecclesiastica pecunia conseruanda, vbi comodè fieri poterit, teneatur, in qua oeconomici quicquid pecunie receperint, intra triduum reponant.

Ab illo d.

I DE

ACTIO

DE HABITU EREMITARUM. Cap. XXXII.

Quemuis monachum non faciat habitus, decet tamen vnumque iuxta suam professionem habitu distinguiri. Quare qui eremitico instituto gaudent, neque pileum clericorum, neque fratrum, aut monachorum capitum ferant, veste autem vtantur nigra. Quod si paupertatis causa viliori panno vti velint, quem Hispanè vocamus xerga, poterunt facile nigro colore inficere.

DE SANCTIMONIA-
Lium bonis. Cap. XXXIII.

Conc. Turon.

c. 31. & 26. de insti- c. 1.

&c. auctori- tate.

De stat. reg.

in 6. §. sane.

Concil. Trid.

se 25. c. 3.

Ad habitum sanctimonialium non plures recipiantur, quam ex monasterij bonis ali possint. Præpositæ vero prouideat ipsis monialibus de omnibus sibi necessarijs, ita ut cognatis ex populo in ijs efflagitandis molestæ nō sint. Ab batissis,

TERITA. 66

batis sis autem, siue Priorissis, seu quocumq; alio nomine præsint, in virtute sanctoræ obedientiæ præcipimus, vt quicquid eleemosynæ nomine à monialibus *Conc. Rem. c.* ingredientibus receperint, in redditus annuos, & bona stabilia monasterij conferant. Quod si ex vrgente aliqua necessitate eleemosynæ aliquid consumetur, ut nullo modo id fiat, nisi prius consulto, & approbante Prælato. Quod si ex redditibus monasterij, vel ex consuetis eleemosynis tantum suppetat monialibus, vt ad ipsarum vietum, fabricam ecclesiæ, aliasq; necessitates commode sufficiat, minimè liceat alias recipere pata certa eleemosyna pro dote, secus si monialium numerus augeatur.

DE VISITATIONE
sanctimonialium. Cap. XXXIII.

Qvando monasteria sanctimonialia visitatur, principio visitator vna;

I 2 aut

A C T I O

aut duabus personis honestis associatus
ingrediatur. ut dispositionem ipsam
domus, atque officinas, ceteraque necessa-
ria scrutetur, & videat. In fine quoque vi-
sitationis iterum cum capitulum super
correctione de culpi tenendum est, eos
deinde modo ingredi paterit. Ceterave-
rò ad cancellos, siue fenestram transi-
gantur. Quod si preter hęc opus sit clau-
stra aliqua ex causa ingredi, id non fiat
à visitatore, nisi facultate ab ordinario
prius inscriptis, obtentis.

*Concil. Trid.
febr. 25. c. 7. et
c. 59.*

D E N C O L L O C V T O R I I S:
in sanctimonialium. Cap. XX.XV.
Ab aliis, quod non tam certe, nec tam
Conc. Turon.
c. 29.
Conc. foro. Is.
li. c. 12.

Abbatissę, siue Prępositę secularibus
facilem cum sanctimonialibus col-
loquendilicentiam non concedat, nisi
parentes, aut fratres fuerint. Atque ijs
ipsis non ita crebro: sine teste vero lo-
qui non permittat. Porro clericu illarū
collocutoria nefrequet, quod si absq.

Præ-

T E R T I A. 67

Prælati permissu, eas visitare pro nihilo duxerint, excommunicentur.

D E N D O T E N O N

*augenda ob defectum natalium. Ca-
put. XX.XVI.*

Si qua mixti generis mulier (quas vul-
go mestizas vocant) in monasterium
recipi velit, eadem omnino dote, qua
cætere recipiatur, neq; pro eo quod ad-
mittatur, ut sit de choro, amplius quic-
quam exigatur, quam à cæteris de cho-
ro soleat, cum ea omnis conuentio. Sy-
moniacalabe non careat, sed si alias sa-
tis idoneae sint, nequaquam tales exclu-
datur à choro ex solo defectu natalium,
cum apud Deum fides, nō genus in pre-
cio sit.

*De symo. cap.
quoniā. c. ve-
niens, &c. nō
satis.*

A C T I O

LIBROS PROPHANOS,
Et lascivos vitados. Cap. XXXVII.

Pius. III. in
Cathal. libro-
rum prohibi-
torum.

Libri, qui res lascivas, & obscenas ex professo tractant, narrant, aut docēt, cum non solum fidei, sed etiam morum, qui eiusmodi lectione librorum facile corrupti solent, ratio habenda sit, omnino prohibentur, & qui eos habuerint seuerè ab Episcopis puniantur. Antiqui verò ab ethnicis conscripti, propter sermonis elegatiā, & proprietatem permittuntur, nulla tamen ratione pueris praelegendi erunt. Et quoniam apud Indos litterarum ignaros, pro libris signa quædam ex varijs funiculis erant, quos ipsi, Quipos, vocant, atq; ex eis nō parua superstitionis antiquæ monumēta extant, quibus rituum suorum, & cere moniarum, & legum iniquarū memoriam conseruant, current Episcopi, hæc omnia pernitiiosa instrumenta penitus aboleri.

UT

T E R T I A. 68

V T F O E M I N Æ E G-
-clesias frequentent, & ibi modestè se
gerant. Cap. XXXVIII.

Admonentur matres familias, secū
in Ecclesiam deferre filias iuuenculas, vt ipsis præsentibus missarum sole
nibus, & verbi Dei prædicatione fruan
tur, cum honestius, ac tutius id sit, quam
Domi ancillulis virgines commenda
tas relinqu; viduæ quoque supersticio
sum, atque ambitiosum illum morem,
tamdiu post defunctum virum domi
manendi Ecclesiæ religiosissimæ disci
plinæ postponant, diuinaq; officia, ad
consolationem suam opportunè adeat,
& tam ipse, quam reliquæ omnes fœmi
nae, modestia sua, & silētio, atq; ornatus,
confessusq; Christiana sobrietate, tum
etiam verbi diuini audiendi frequētia,
& auditate meritò apud Deum, & ec
clesiam, deuotum fœmineum sexum co
mendent.

I 4 V T

Conc. Lim. 2.
seß. 2. c. 131.

Hieron. in e
pistola ad Le
tam.

Conc. Lim. 2.
seß. 2. c. 130.

Ambr. in l.
de viduis.

A C T I O

V T M E D I C I C O N-
f e s s i o n e m a g r o t i s i l l i c o i n i u n g a n t . C a-
p u t . X X X I X .

Concil. Lat. c.
22. de pœn. et
rem. c. cum in
firmitas.
Pius. V. in pro
prio motu.

Medicis, & Chirurgis de spirituali confessionis medicina, egrotos in ipso statim initio admonerecessantibus, pœnas per litteras Apostolicas Pij. V. in flictas, sineylla remissione ad executionem conferendas curent ordinarij, qui & ipsum breue sedis Apostolicæ ipsis de nuò intimari faciat, & si cōtumaces fuerint, seuerioribus etiā pœnis subijciant.

D I E S F E S T O S S E R-
u a n d o s . C a p . X L .

Conc. Lim. 2.
fes. 2. c. 132. **D**iebus Dominicis, atq; Festiuis, mercioniorum emptiones, venditionesq; prohibeantur, præsertim in Indorum oppidis, quæ vero in foro vænalia exponi solent, missæ celebrationem expectent. Mercatores qui secus egerint, præ-

T E R T I A. 69

præsertim si scandalo Indis sint, excommunicantur. In oneribus quoq; iumentorum, Agafonum, cæterisq; servilibus laboribus, executioni mandentur contra inobedientes, pœnæ per fel. record. Più V. propositæ: in blasphemos quoq; prout est ab eodem sanctissimo Pontifice, &c à Concilio superiore præceptum, acriter vindicetur.

Pius. V. in mo
tu proprio cū
primum.
Concil. Later.
sub Leo. X.
seß. 9.
Conc. Lim. 2.
seß. 2. c. 118.

A B E S V C A R N I V M
a b s t i n e n d u m , d i e b u s a b E c c l e s i a p r æ-
s c r i p t i s . C a p . X L I .

CArnibus vesci, diebus à iure prohibi
tis, nemini liceat, nisi devtriusq; me
dici, spiritualis, & corporalis assensu.
Neque verò eas, vel vendere, vel merca-
ri fas sit: ab ijs etiā abstinere in letanijs,
si verò rogationibus, per triduū, & vsq. De consec. d.
ad meridiem publicis processionibus, &
concionibus interesse, omnes Christia-
nos hortatur hæc Synodus.

I 5 P RÆ-

A C T H O

P R A E T O R I B V S
Indorum, non esse tāquam Episcopis,
obuiam procedendum. Cap. XLII.

Certa relatione comperimus Prætoribus, Præfectisue sacerdotalibus Indorum, passim cum ecclesiastico appa-
ratu, & cruce elata obuiam prodire sa-
christas, aliosue ecclesiæ ministros; quod
& Regiæ leges improbant; & ecclesiastico decore nimis indignum est. Id ne
in posterū fiat, districte præcipimus pa-
rochos si ad talia conniveant, & assen-
sum præbeant, vinculo excommunicationis ipso facto mandantes.

D E P E R V I G I L I I S.
Ecclesiæ. Cap. XLIII.

O stia Ecclesiæ noctu aperta nemo
relinquat sub pœna excommuni-
cationis: neq; pernoctationes in ea vlo-
modo virorum, & fœminarum, neque
lecti-

TERTIA. 70

lestiternia permittâtur: mulieres verò
noctu mēdicare, aut ostiatum cirkumfirię,
quod nonnullæ faciunt, vt nefarium
omnino, & flagitiosum damnamus, &
ordinarijs seuerè vindicandum cōmen-
damus. illiñem excommunicati ob

zii ambo obz. nullusq; sacerdos non sup̄s

D E C O N F R A T E R N I T A-
tibus. Cap. XLIII.

Confraternites ab ordinarijs visi-
tentur, & quantum licet ad minorē
numerum redigantur, nouas verò insti-
tui non permittat, sine graui causa, neq;
pro iam institutis eleemosynas peti- eō
muniter, nisi diebus Dominicis, & fe-
stivis. Idq; petita semper satq; obtenta
Prælati licetia. Aethiopes verò, & serpi
nulla confraternitatū huiusmodi nomi-
ne, conuenticula facere sinantur, nisi in
ecclesijs, aut locis pijs: ac tūc aliquo etiā
sacerdote præsente, qui eorū acta mo-
deretur, atq; ad id, quod expedit dirigat,

Concil. Tolet.
act. 2. c. 20.

JN.

ACTIO

I N D I C T I O F U T U R A E
mostraruntur in Sessionis. Item non sump
ta concordia multo longe ab aliis tempore
Postremò hęc nostra Synodus, cūm
de reformatione nonnulla adhuc,
eaque non leuia supersint, declarat in
diem Apostolorum Simonis, & Iudei,
sessionem Deo fauente futuram, ut pre-
dicta decreta publicentur. Interim verò
concilium Prouinciale, nequaquā ces-
fare, donec Spiritus sancti gratia an-
nuente, de reuerendissimorum Patrum
consensu, finis eidem Concilio impo-
natur.

*Placent vobis, Reuerendissimi Patres, hac
decreta?* responderunt plures.

Responderunt omnes, *Placent.*

A.N.

TER TIA. 71

A N T I C I P A T I O N
Sessionis.


CVM celeri morbo correptus die
Octobris nona, animā egisset Re-
uerendissimus Episcopus Curquensis,
atq; instaret Reuerendissimorum Chil-
lensium ad suas ecclesias nauigatio, de
consensu Patrum, decretum est, actionē
anticipandam in Dominicam prox-
imam, quę fuit vigesimaquinta post
Pentecostem, die Octobris decimater-
tia, in qua missam solemniter celebratę,
ac simul concionem habente Reueren-
dissimo Imperialis Episcopo, quartæ,

Actionis sequentis decreta, reci-
pientibus contata sunt.

A C T I O

A C T I O
A C T I O Q V A R T A
C O N C I L I I P R O V I N C I A -
l i s Limensis celebrata in Ecclesia Ca-
thedrali ciuitatis Regum, die deci-
materia Octobris, Anno
M. D. LXXXIII.

Q V I B V S S I T C O M -
mittenda visitatio. Caput. I.



Cclesiaſticæ di-
ſciplinæ neruus
fere in Canoni-
ca viſitatione co-
ſiſtit, quem aſtu
dœmonis, & au-
ritia hominum
plurimorum, ita
debilitatū cernimus, vt indē potius plu-
rimæ querelæ, & damna prouenerint,
vnde remedia damnorum meritò expe-
ſtanda fuerant: quam totius prouinciae
labem cupiens sancta Synodus diuino
aspi-

Q V I A R T A. 72

aspirante numine auertere: primū Episcopos omnes serio admonet: vt ipſe per ſe paterno affectu diſceſim ſuam perlustrare non cefſent: quod ſi viſitatores mittendos censuerint, quod propter nimiam Epifcopatum Indicorum amplitudinem ſæpe fieri neceſſe eſt, ſolici-
tè videant; vt non niſi viris integris, ſpe-
ctatæ probitatis, induſtrijs, atq; idoneis
viſitationem committant: & quoſ ſciāt,
neque doctrinas ipsas, ſive parochias In-
dorū ambire, neque oblatas etiam ac-
ceptaturos.

D E P R O C U R A T I O N E
viſitatorum. Cap. II.

P Rocurationis nomine, ita vnicuique Conc. Lim. 2.
viſitatori competēt ſalarium aſſigneſe ſeſ. 2. c. 110.
tur, ab Epifcopo, vt neq; de poenit. came concil. Tolet.
ræ Epifcopalis, neq; de condenratio- 7.c. 4. 10. q. 3
nibus Viſitatori ipſi, aut officialibus eius c. inter carera
aliqvid proueniat. Tempus autem non ſeſ. c. cauen-
lon.

Concil. Tolet.

4.c. 35. 10. q.

1. c. Epifcopū
percurſtas.

Concil. Trid.

ſeſ. 24. c. 3.

ATCITIO

longius in visitatione consumant visitatores, quam necessarium esse perspexerint, si secus egerint, ita ut propter sua commoda, aut quo quis alio respectu, diutius immorentur, excommunicatione feriantur. Instructione verò ab hac sancta Synodo facta pro visitatoribus, sub mortalis peccati reatu, & secū deferre, & fideliter obseruare, teneantur.

DE MODO PROCEdendi in visitatione. Cap. III.

Qvandiu informationes secretè siēt parochius, siue is, qui visitatur, nē quaquam adsit, sed fiat Indis libera facultas denunciandi suas, vel quærelas, vel grauamina; si à suo se parocho lafso existimauerint. Interim dū parochus absens est: aliis si commode fieri queat, concil. Trid. Rectoris officio fungatur. Porrò processus circa crima grauiora parochorum, à visitatoribus fulminentur, usque res etiam ad

QUVIATRATA. 73

ad diffinitiuā exclusiū, atq; ita obsignati ad ordinariū transmittantur, adhibito ipsius Visitatoris de vnaquaq; causa iudicio, ut tandem Episcopus ultimā sententiam ferat: id ut fideliter, atque integrè faciant. Visitatores omnes, monent hæc sancta Synodus: quod si timore Dei postposito, processus aliquos occultauerint, aut iniqua collusione, cum visitatis, eorum vitia dissimulauerint, ad ordinariū prædictas causas integrè non transmiserint, Visitatores ipso facto, excommunicatos esse decernimus.

DE MODO ESTIA & sobrietate Visitatoribus obseruanda. Cap. IV.

Visitatores, vt non solum excessus corrigant, sed etiam exemplo in destiæ, & Christianæ sobrietatis ædificant, nullo modo patiantur pompam,

K aut

Conc. Brac. 2.

c. 2.

Concil. Tolet.

7.c.4.

A T C T A I V O

C. cum Apo-
stolus de cen-
sib.

aut profanum apparatus, aut nimios
sumptus in occursum & hospita-
tionibus sibi exhiberi. Mulier a quæcum-
que, aut commodi aliquid præter ea,
quæ sunt à iure permisæ, neque visita-
tor ipse recipiat, neque suos recipere
permittat; sed nequeremat, neque per-
mitet, cum his qui visitantur, equitatū,
aut aliquid aliud: si quid eiusmodi ac-
cepit, sciat se ad dupli restitucionem
intra mensem faciendam, iuxta consti-
tutionem Concilij Tridentini, in con-
scientia teneri, quod si non restituerit
intra prædictum tempus, ab omni, &
beneficio, & officio esse suspensum se-
cundum Gregorij X. in Concilio ge-
nerali editam sanctionem.

XVII. apud

DE

QVIATRATA. 74

DE EU IS IT AT IO NE
in fabrica, & ornamentorum. Cap. V.

IN Visitationibus fabricæ auctornamē Concil. Trid.
seß. 24. c. 3.
torum diuinī cultus, decretum Tridē-

tini Concilij, nulla ratione violetur: vt
patroni nullatenus se immisceant visi-
tationi ornamentorum ecclesiarum, aut sta-
bilium, seu fabricarum prouentibus, nisi
quatenus eis ex institutione, ac funda-
tione, id competat.

Q uoM oD oO pD eO pE **T**
quando, Indorum testimonium sit re-
cipiendum. Cap. VI.

Sacerdotum, qui inter Indos agunt,
statq; eis præsunt, existimationi, securi-
tatiq; consulere volens sancta Synodus,
cum sciat hos passim malitiosè impe-
ti, atq; eo facilius traduci, quò seuerius
vitia subditorum corrigunt, aut Hispano-
rum avaritiæ violentiæ, quæ obsi-
-deb

K 2 stunt,

A C T I O

Conc. Lim. 2. stunt, superioris Concilij consultissi-
 seff. 3 c. 114. mam constitutionem innouat, atq; im-
 3. q. 6. c. vlti-
 mo. primis mandat, nullum à parochia de-
 bere detrudi, etiam si multæ, & graues
 querelæ ad Episcopum deferantur, nisi
 oculato examine per se, vel per Com-
 missarium aliquem ibi causa agatur, vbi
 ille deliquisse narratur. Nam quantum
 fidei testibus præbendum sit, iudex ec-
 clesiasticus præfens melius nosse pot-
 erit, & rei totius ordinem discere. Præ-
 terea cum ordinaria, aut extraordina-
 ria visitatione inquirendum erit in sa-
 credotem, videat omnino qui iudicat:
 vt ab infidelibus Indis, nullum contra
 3. q. 5. c. suspe-
 etos, & c. nul-
 lus. sacros Canones testimonium admit-
 tat: sed neque ipsos fideles Indos, aut
 4. q. 3. c. site- etiam Hispanos, si suspecti sint, quod
 ftes. sèpissime accidit, adhibeat: sed inte-
 22. q. 5. c. ille- gros, & Deum timentes testes inuesti-
 qui. get. Illud vero, ante omnia teneat
 peierauerit. præ oculis, vt neophitos iurare non co-
 coc. Matisse. gat, nisi re prorsus graui, & quæ aliter
 5. 2. 1. defi-

Q VI A R T A. 75

definiri non possit. At tunc prius, quam
 tum sacrilegium admittant periuri, se-
 riò doceat: si quis autem peierasse pro-
 bauerit, ad timorem cæterorum, iubeat
 publicè fortiter vapulare, & infamia no-
 tari, attonsis, pro more Indico, illorum
 crinibus. Deniq; vbi necessitas exigēdi
 testimonij vrgens fuerit, & ex solo In-
 dorum testimonio respendeat, perpen-
 dat, quantum fidei talibus débeat adhibi-
 bere, quos facile ad peierandum induci,
 notum est.

I N D O R V M C R I M I N A

ad forum ecclesiasticum spectantia,
 corporali potius, quā spirituali pœna,
 esse punienda. Cap. VII.

Si nulla potest Respublica sine metu
 supplicij in officio contineri, neq;
 sufficiunt, quātumuis bene, ac sapienter
 constitutæ leges, ad cohendos à crimi-
 nibus homines, nisi pœnæ pariter in re-

ARTICULO

belles decernantur: profecto barbarā,
 & rationi non usque adē obsequens
 Indorum natio, pijs & salutaribus in-
 stitutis parere nunquam, sicut opus est,
 assuescat, si rectores suos veluti ad vin-
 dicandum in malefacta impotentes, fa-
 cilē contemnat. Nam & Apostolus,
 quibus spiritum mansuetudinis non sa-
 tis esse putabat, etiam virgam, & pote-
 statem à Domino acceptam, interdum

v. Cor. 4.

Conc. Lim. 2. minabatur, sed cum Ecclesię spiritua-
seß. 3. c. 117. lis vindicta gravissima sit ad anima-

26. q. 5. c. con. rum intima penetrans, ijs tamen vtilis
Idolorum ex. esse potest, qui bona spiritualia, & dam-
 na possunt satis cogitatione concipere,
 & prout oportet, expendere. *Quibus*

verò nihil, vel preciosum, vel vile est,

Cone. Arel. c. nisi, quod oculis cernitur, in eos certè
21. Ino. lib. spiritualis illa censura intentata, pote-

21. c. 49. rit proficere parum, nocere plurimum.

Conc. Matif. *Quam* rem cum prudenter superiores

Conc. Mogūt. huius noui orbis antistites secum per-
 penderent, statuerunt in has tam fa-

21. lib. ciles,

QVIARTA. 76

ciles, & minimè perspicaces Indorum *Conc. Lim. 2.*
 gentes, ab excommunicatione, ceterisq;*seß. 3. c. 115.*
 censuris esse abstinentem, pro his vero
 ad conservandam ecclesiasticam disci-
 plinam, & religionem necessariò exter-
 na, & corporali aliqua poena vtrendum,
 quod à priscis in simile genus hominū
 etiam obseruatum esse, compertum est.
 Itaque concilij superioris salutaria de-
 hac re decreta confirmans, atque inno-
 uans, statuit hęc sancta Synodus, pro cul-
 pis ad ecclesiasticum forum attinenti-
 bus, etiam ecclesiasticos Iudices posse
 ac debere Indos corripere. Qualia sunt
 atrociora illa idolatrię, aut apostatię,
 aut superstitionis gentilice crimina.
 Tum sacrilegia in baptismum, in matri-
 monium, in alia etiā sacramenta admissa.
 Deinde, & illa minora sunt necessariò
 corrigenda, Missę, aut cathechismi vo-
 luntaria omissione, ebriositatis quoq;; &
 concubinatus satis istis familiaria vitia,
 protalibus certè iuxta delicti mēsuram,

K 4 potest

A C T I O

poteſt adhiberi poenarum modus: ſed tam
men paterno magis affectu, quam iudi-
cariā ſeruitate, dum tenera eſt in fide
Indorum ætas, correctio præſtāda erit,
niſi ad ſedandum multorum ſcadalum,
& frenandam licentiam peccandi du-
rius aliquid oporteat deſignare.

D E M O D E R A T I O N E ſeruanda in punitione Indorum. Ca- pi put. VII. I.

*Conc. Lim. 2.
ſeß. 3. c. 116.* **S**ed quoniam, & natura Indorum ti-
mida eſt, & non nulli ſacerdotū pre-
ter decorum aliud ſaeuiunt, præcipit
omninoſ sancta Synodus, ne parochus,
aut quæuis alia perſona ecclæſiastica per-
ſe ipſum vñquam cædat, aut puniat quā-
tumq[ue]iſ delinquentem, cum ſit à Sacer-
*Conc. Lim. 2.
ſeß. 3. c. 117.* dotali dignitate alieniſſimum, ſed cum
id erit agéduum, per fiscales, miniftriſ q[ui]
ad hoc creatos, agatur. Deinde præter
Vicarios, & Iudices ecclæſiasticos nullus
paro-

Q V A R T A. 77

parochorum ſupplitium ſumat de Indis
ſibi ſubiectis, niſi à dioceſano ſuo ha-
beat præſcriptam legem, quam in eius-
modi correctionibus ſeruare debeat,
quam ſi excoſſerint, atq[ue] iræ ſuæ indul-
ſerint, parochi, Epifcoporum, & Viſita-
torum conſcientias oneramus; vt in hu-
ijsmodi excoſſum vindicent, neque per
cuſſores, & puſilli Christi gregis per-
turbatores impunè abire permittat, quē
admodum Apoſtolicis etiam Canoni-
bus conſtitutum, legimus.

D E O B S E R V A N T I A dierum festorum. Cap. IX.

*De confec. d.
3. c. pronun-
ciandum.* **D**ies festi ab Ecclesia ſtatuti cū omni
deinceps deuotione ſeruētur. Quos
autem in noſtra prouincia Hispanos o-
mnes oportet ſeruare, ſunt hi: Nativity-
is domini noſtri Iefu Christi, Stephanii
Prothomartyris, Ioannis Apoſtoli &
Euangelistæ, Circunciſionis Domini,

*Canon. 28. d.
45. 1. Epifo-
pum.*

*De ferij. c. cō-
queſtus de re-
liquijs. c. glo-
riofus in. 6.*

A C T I O

Epiphaniæ Dñi , Purificationis beatæ Virginis, Matthiæ Apostoli, Annūciationis beatæ Mariæ, Resurrectionis Domini, cū duobus sequētibus, Marci Euāgelistæ, Philippi, & Iacobi Apostolorū, Inventionis sancte Crucis, Ascensionis Domini, Pentecostes cū duobus sequentibus, Trinitatis, Corporis Christi, Barnabæ Apostoli, nativitatis Ioannis Baptistæ, Petri, & Pauli Apostolorum, Mariæ Magdalenæ, Iacobi Apostoli, transfigurationis Domini, Laurentij martyris, Assumptionis beatæ Mariæ Virginis, Bartholomæi Apostoli, nativitatis beatæ Mariæ, Mathei Apostoli, Dedicatio nis sancti Michaelis Archangeli, Lucæ Euangelistæ, Simonis, & Iudæ Apostolorum, Omnium Sanctorum, Andreae Apostoli, Conceptionis B. Mariæ, Thomæ Apostoli. Prēter hos etiā si qui sunt, ex probata cōsuetudine, aut ex legitimis priuilegijs, festi dies introducti, & ipsi religiosè in vnaquaq; regione seruen-

tur.

Q V A R T A. 78

Conc. Lim. 2.
ſeß. 3.c. 90.
tur. Porrò neophiti, quos ecclesiæ materna indulgētia prēceptorum suorum sarcina magna ex parte leuandos existimauit, sequentes tantum dies iuxta superioris Synodi Provincialis statutum, obseruare cogantur. Primū dies omnes Dominicos, ut Ecclesia vniuersalis semper obseruat. Deinde diem Natiuitatis Domini, diem Resurrectionis primū, diem Pentecostes primū, item Circuncisionis, Epiphaniæ, Ascensionis, & Corporis Christi, Beatę quoque Virginis Marię, festum Natiuitatis, Annunciationis, Purificationis, & Assumptionis. Demum Apostolorū Petri, & Pauli. Si quitamen Indorū plures alios dies festos nostro more seruare voluerint, & in ijs ab opere seruili vacare, integrū sit ipsis facere ex deuotione, neq. ullo modo in ijs laborare, à quoquam penitus compellantur.

D E

ACTIO

DE RELIQVIIS sanctorum. Cap. X.

Concil. Trid.
I. 25. dec.

Conc. Lim. 2.
I. 2. c. 55.

Motus pro-
prius Greg.
XII.

Re Eliquiæ sanctorum, quas magnope
re venerari decet, à nemine tenean-
tur, nisi per ordinarium prius examina-
tæ, atq; approbatæ, ne que tales etiam à
sæcularibus, & laicis portentur, nisi de
eius speciali facultate, iuxta formam su-
perioris Concilij: deuotio tamē meritò
laudabilis circa cereos Agnusdei à sum-
mo Pontifice benedictos secum gestan-
dos, omnibus modis probatur, dummo-
do puri, ac non fucati coloribus sint.

DE MISSALI, ET processionibus. Cap. XI.

IN Missali auctoritate summi Ponti-
ficiis edito, nihil addatur, aut detraha-
tur, aut immutetur quovis modo: sed
quemadmodum est ab Apostolica sede
constitutum, Missæ ceremoniæ omnes
cete-

QVIARTA. 79

cæteraq; diuina peragantur. Processio-
nes autem, ante Missarum solemnia fie-
ri possunt, in die Nativitatis, in Domi-
nica Resurrectionis, in Dominica Pen-
tecostes, in omnibus diebus festis Salua-
toris, in quatuor celebrioribus Deiparæ
Virginis, idest in Assumptione, in An-
nunciatione, in Nativitate, in Purifica-
tione, item in festis Apostolorum, & in
die Omnim Sanctorum. Inter missa-
rum autem solemnia alicui sæculari pa-
cem cum patena daria, aut per ministrū
ordinis sacri, ad fœminam cuiuscumq;
qualitatis deferri, nulla ratione permit-
tatur.

DE DECIMIS.

Cap. XII. PROLOGUS.

Ivri communi, & antiquo inherens
sancta Synodus, præcipit strictè, deci-
mas solvi ecclesiæ ex omnibus terre fru-
stibus, etiam sylvestribus, etiam sponte
nascentibus.

16. q. 1. deci-
me.

16. q. 7. c. quib;
cūq; & seq.
de decimis. c.
peruenit.
c. nuncios. &
c. non est.

DE A DICTI O

nascentibus; nam si à Deo omnia do-
nantur, qui dat omnibus abundè ad
fruendum, æquum sane est, ut ipsi do-
minatori per suos fideles aliqua expar-
teret datur primitiæ quoque de omni-
bus terræ fructibus dentur, ac per Præ-
latum ijs quibus de jure i c o m p e t u n t , d i-
stribuantur.

U T M A T R I C I A C Z E
æc teræ ecclesiæ deferant. Cap. XIII.

Conc. Lat. sub
Leo. seß. II.

IN pulsandis campanis in Sabbato ma-
gnæ hebdomadæ, matricæ Ecclesiæ
cæteræ expectent, iuxta ordinationem
Concil. Lateraneñ.

DE EDICTIS PUBLI- cis. Cap. XIV.

Edictum sub quadragesimam legi so-
litum; in univerſa provincia sumat-
tur iuxta exemplum ab hac Synodo da-
tum,

Q V I A R T A . 80

tum, & approbatum, neque alio vti li-
ceat. Idem in excommunicationibus fe-
rendis pro rebus furtiuis, aut alias ge-
neralibus, fiat, nisi à sede Apostolica alia
forma præscribatur.

D E U T A X I S E P I S C O-
p a l i b u s . C a p . X V .

Pro Episcopalibus audiētis Provinciæ
Peruanæ, ab hac Synodo consti-
tutus est ordo taxarum, quem præcipi-
mus, ab omnibus Episcopis, & officiali-
bus, & ministris in Regno Peruano in-
uiolabiliter custodiri. Pro cæteris dio-
cesibus extra, seruetur taxas, & con-
suetudine in ijs hactenus approbata. No-
tarij autem publicè sibi præfixas taxas
habere, & secundum eas iura sibi soluta
in quavis scriptura assignare tenetur.

NE

ACTIO

NE P.R.Æ T E R
Episcopi collationem parochiam quis-
quam suscipiat. Cap. XVI.

Conc. Lat. sub
Leo. 10. sess.
11.

NVllus posthac clericus parochiam
Indorū, absq; Episcopi collatione
suscipiat, vel administret. Qui aliter su-
scepere int, etiam si proprio Rectore pa-
rochia destituta sit, anathemate feriatur.
Idem à regularibus obseruetur.

D E EXAMINATORIBVS
ab Episcopo deputandis. Cap. XVII.

Concil. Trid.
sess. 24. c. 18.
Concil. Tolet.
act. 2. c. 24.

Examinatores, qui futuros Indorum
parochos, tūm de litteris, tūm de lin-
guę, Indicę peritia examinent, vnuſ-
quisquę Episcopus in diocesana Syno-
do iuxta Concilij Tridétini decretum
constituat. Ad explorandam verò tam
notitiam sacrę doctrinę, quam sermo-
nis Indici facultatem, cathechismo ab
hac Synodo edito, atq. approbato exa-

minatores

QVI A I R O T A . 81

minatores potissimum vtantur, vt eum
futuri parochi tenere, & intelligere, &
eloqui rectè sciant. Porrò doctrina, sive
parochia Indorum, vbi Episcopus ipse
pr̄sens fuerit, ab ipsius Vicario, nullo
modo cuiquā conferatur.

I N D I O S N O N E S S E
*deserēdos propter celebritates urbium.
Cap. XVIII.*

Conc. Lim. 2.
sess. 3. c.

CVm solemnes ferię aguntur in vr
bibus, earum celebritatis causa paro-
chi populos sibi Indorum cōmissos, ne-
quaquam deserāt, etiam si sacratissimū
corporis Christi festum, aut etiam dies
Parasceues in magna hebdomada cele-
bretur, neque vero ob id vocentur, & in
uitetur à Vicarijs Vrbium, cum Deo sit
longè gratius obsequium quies proprias
eo tempore instruere, & curare, quam
cum illarum periculo Vrbanas solemnī
tates frequentare.

L UT

A C T I O

U T B E N E F I C I A T I Rectores parochiarū iuuēt. Cap. XIX.

Concil. Tolet.
att. 3. c. 21.

Qui simplicia beneficia in ecclesijs Cathedralibus, aut parochiali- bus obtinent, Rectores ipsos parochiarum, tūm in audiendis confessionibus, tūm in alijs ecclesiasticis munijs obeun- dis, Christiana charitate adiuuent, vt sicut socij sunt honoris, sic etiam sint la- boris. Quod si cūm vrget frequentia confessionum, aut insignis quæuis ne- cessitas, id facere recusauerint, ab Episco po puniantur.

D E Q V A R T A F V- nerali, & portione Canonica. Cap. XX.

c. conquerenti
de offi. ind.
ord.

Qvarta funeralis, ac Canonica por- tio, & quarta etiam oblationum Episcopo à iure concessa, tāni à Capitu laribus, quām à cæteris clericis per solua- tur

Q V A R T A . 82

tur eo ordine, & modo quem sacri Ca- nones statuunt. Pro controversijs verò componendis, quæ harum portionum occasione oriri solent, deputentur in vnaquaq; diocesi, ab Episcopo Colle- ctore, qui sine cuiusquam præiudicio singulis, quæ sua sunt, attribuant.

N E I N APP E L L AT I O- nibus originalia acta tradantur. Ca- put. XXI.

Qvando ad Metropolitanum læsus quispiam, sibi appellandum pu- tauerit, processus, atq; acta originalia nullo modo notarijtradat, sed illorum transumptum, fide competeti munitū, dare sufficiat. Verūm neq; hoc etiam reddere compellantur, nisi soluta prius congrua mercede, iuxta Conciliij Tridē tini decretum.

Concil. Trid.
sess. 24. c. 20.

A C T I O

D E P R O C V R A T O R E
Cleri. Cap. XXII.

Conc. Cōpost. act. 3. c. 42. **P**rocuratōrē suo nomine ad Prouinciale Concilium destinare poterit Clerus Ecclesię, quemcumq; sibi opportunum, atque idoneū existimauerit, cui etiam ad necessarios sumptus pro negotijs gerendis Clerus ipse persoluat salarium: sed imponendi, atq; exequendi salarij ratio ad Episcopū pertineat, qui, & ijs qui huic Synodo interfuerunt cū legitimo mandato, & ceteris, qui post hac in alijs Concilijs Prouincialibus, & Synodalibus intererunt, distributione, iusta per Clerum facta cōgruentia subsidia reddenda curabit.

T E S T E S S Y N O D A L E S
esse deputandos. Cap. XXIII.

Concil. Lat. c. 6. sicut olim. Concil. Tolet. act. 3. c. 28. **V**Tea, quæ ad Ecclesię vtilitatem, & populi Christiani salutem Spiritu sancto

Q V I A R T A. 83

sanc̄to suggeste, sancta sunt, primū in Concilio generali, deinde in Synodo Prouinciali debitæ, & Deo acceptæ executioni tradātur, testes Synodales, tam Metropolitanus, quam cæteri Episcopi in sua quisq; diœcesi quam primū designent, quos nōuerint viros probatos, atq; integros, qui futuro Concilio Prouinciali rationem reddant de obseruatione salutarium decretorum sacri Concilij Tridentini. necnon huius, & superioris Synodi Prouincialis Limensis.

D E P U B L I C A N D I S,
& seruandis in quavis diœcesi decretis
huius Synodi. Cap. XXIII.

CVM sacrī Canonibus constitutum sit, vt quæ in Prouinciali Synodo definita sunt, ea vnuquisq; Episcoporū in sua diœcesi denuò publicanda, & ad omnium notitiam deferenda curet: si quidem ex Episcopi vnius propemodū

*Dif. 28. cap.
annis. &c.
decernimus.*

L 3 dili-

A C T I O

diligentia vniuersi laboris exacti fru-
ctus, & summa pendet : propterea hæc
sancta Synodus cupiens laborem suum
in Christo, non esse inanem, districtè
præcipit, & æterni iudicij obtestatione,
denunciat Episcopis omnibus, atque
eorum officialibus, vt tūm in Cathedrā-
li, tūm in præcipuis parochialibus sua-
rum dicecesium ecclesijs, decreta præ-
sentis Synodi, & superioris Limensis,
solemniter legi, & publicari faciant, ac
ne obliuioni per negligentiam tradan-
tur, iubeat omnino, saltem semel quot-
annis, in capitulis Cathedralium, & in
frequenti cleri, & populi conuentu re-
citari, ita vt unusquisque, quod ad se
pertinet, possit facile intelligere, ac re-
colere: deinde Provisores, Vicarios, Vi-
sitatores, cæterosque iudices ecclesiastici
cos quo scumq; huius Provinciæ admo-
net sancta Synodus, vt secundum has
constitutiones iudicare, & causas ecclæ-
siasticas definire; poenasque, ac censu-

ras

QVIARTA. 84

ras in his appositis, legitimas declarare Concil. Later.
re teneantur. Neque in his, quæ ad ^{c. 7.}
reformationem spectant, appellatione Concil. Tridi-
cuiusque legitima exequutio suspenda- sess. 24. c. 10.
tur. sess. 22. c. 1.
sess. 13. c. 1.

A D Q V E M P E R
tineat in sede vacante, publicatio huius
Synodi. Cap. XXV.

NE PER occasionem sedium va-
cantium, quæ in hac Provincia per
quam diuturnæ sunt, necessariæ re-
formationis executio negligatur, &
dum futurus antistes expectatur, obli-
uioni (vt haec tenus factum est) decre-
ta ipsa tradantur, præcipit sancta Sy-
nodus, vt his qui in Capitulo sede vacan-
te, in qua uis ecclesia pro tempore præ-
sidet, teneatur intra mensem à die quo
in eius notitiam venerint, huius Con-
cilij, atque etiam superioris Limensis
decreta omnia in Cathedrali templo,

et in aliis

L 4

atque

A C T I O

atq; in alijs diecēsis, prout ei videbitur ecclesijs solemniter publicare, incursum si neglexerit facere sententiam excommunicationis ipso facto. Cæteri vero de capitulo si ei in prædicta publicatione obstare præsumperint, eo ipso ecclesiastico subiaceant interdicto: porro metropolitanus totius huius Synodi exempla correcta, & autētica ad suffraganeas ecclesiās, quarum sedes scit, ad præsens vacare, cum primum poterit, commode, transmittenda curabit.

*Placent ne vobis Reuerendissimi Patres
hac decreta?*

Omnes responderunt: *Placent.*

POst Reuerendissimorum Chilensis de Cōcilijs facultate discessum, Illustrissimo verò Christopharo Ramírez de Cartagena, qui post Proregis obitum, quod esset antiquissimus ex Regij

Senatus

Q V A R T A. 85

Senatus Cōsiliarijs, Synodo semper ad fuerat, curante, & agente, propter causas rationi valde cōsentaneas, visum est Synodo Prouinciali vltimam manum esse imponendam. Et quoniam controuersiæ quædam adhuc restabant, quæ non poterant, ita cito finiri, his expediendis à Concilio deputati sunt iudices Commissarij iuxta Tridentinū decretum, Reuerendissimi Tucumañ. & Plateñ. & del rio de la Plata Episcopi: Quinta verò eademq; vltima actio decreta est in diem sancti Lucæ Euangelistæ sacram, quæ fuit Octobris decimaoctaua: in qua solemni processione præmissa, ac Pontificaliter celebrante Reuerendissimo Platensi Episcopo, & concionem habēte admodū Reuerēdo patre Iosepho Acosta, Societatis Iesu;

Eiusdem quintæ, atq; vltimæ Actionis decreta recipiata sunt:

L 5 A C T I O

ACTIO

ACTIO QVINTA

CONCILII PROVIN-
cialis Limensis, celebrata in eadem ec-
clesia Cathedrali, die decima octaua

Octobris, anno millesimo quin-
gentesimo octuagesimo
tertio.

D E C L A R A T I O
quorundam Capitum superioris Syno-
di. Caput. I.



VIA in secun-
da huius Synodi
actione, decreui-
mus Limense su-
perius Cōcilium
denuō publicari,
atq; ab omnibus
integre seruari
debere, ne ex quibusdam illius Capitu-
lis errandi sumeretur occasio: visum est

QVI

men-

QVINTA. 86

mentem huius Synodi, in his, quæ meri-
tò possent ingerere scrupulum, explicare.
De ijs igitur, quæ contra hæreticos,
aut hæresim sapientes, statuta sunt, in
eadem Synodo, cum nondum Aposto-
lici inquisitores huc missi essent, decla-
ramus, ad sacræ Inquisitionis tribunal,
(quod fidei Catholicæ validissimū pro-
pugnaculum est, atq; in ijs remotissimis
regionibus summopere necessarium) *In seß. 2. cap. 115. &c. 117.*
omnem eam prouidentiam, secundum
edicta Apostolica penitus pertinere.
Porrò, quæ de extirpanda Coca, seu vi-
tandis in ea excolenda Indorum incom-
modis, ibidem exposita sunt: catholice
Maiestatem oramus, ut cognita de ijs
Patrum sententia, quid factu optimum
sit, atq; ex re maximè Indorum, pro sin-
gulari sua prudētia, & fidei Christianæ
ardore, constituat.

seß. 2. c. 124.

DE

A C T I O

D E S V M M A R I O
superioris Concilij. Cap. II.

*Act. 2. c. 2.
Act. 4. cap. 24.* PRæterea, ne in transcribendis, ac per legendis tam multis superioris prædictæ Synodi paginis, parochi, ceteriq; grauentur, quibus ex precepto huius Synodi necessitas poenes se illam tenendi, incumbit. Placuit sumarium omnium constitutionum inibi contentarum fieri, quod à deputatis à nobis factum, atq; à Reuerendissimo Metropolitano approbatū, omnibus nostrę Prouincię ecclesijs, cōmunicetur. Hoc ergo sumarium sic factum, & approbatum quicūq; habuerit, precepto de tenenda ipsa Synodo, se abundè satisfecisse, hac nostra declaratione, cognoscatur.

D E C O N F E S S O N A R I O
Cap. III.

EOdem modo cōfessionarium pro vtilitate Indorum ad pœnitentię sacramentum

Q V I N T A A.

*Conc. Lim. 2.
Seb. 3. c. 56.*

mentum venientium conficiendum, & lingua Curquensis, atq; Aymarayca donandum, iuxta huius Synodi deputationem, ab eodem Reuerendissimo Metropolitan approbetur, & sic approbatum, ex auctoritate huius Synodi omnibus Indorum parochis cū cathechismo tradatur, vt illo, prout expedire viderint, vtantur sacrameti pœnitentię ministri.

Hoc primis de cōfessionib; cibinum, scrib

V T I N D I b P O L I T I C E
et viuere instituantur. Cap. IIII.

adulteria etiam utrūq; scinduntur sa

CVm vita Christiana, & diuina, quā

fides Euāngelica docet, exigat natu
rali ratione, atque homine nō indignā, viuendi consuetudinem, cumque secundūm Apostolum prius animale sit, dein

de quod spirituale, illud vehementer

parochis omnibus, cæterisq; ad quos In

dorum cura spectat, commendandū du

ximus, vt in primis dent operam sedulā,

vt ferinis, atq; agrestibus moribus depo

sitis

sitis humanis, ac politicis institutis Indi assuefiant. Cuius generis sunt, vt ad templa non sordidi, atq; incompositi, sed loti, & pexi, & mundi veniant: vt foeminae caput velamine aliquo, iuxta Pauli Apostoli institutionem, regant; vt domi mensas cibo, lectos somno capiendo ad hibeant; vt domus ipsae, non caulas pecudum, sed hominum habitationem ordinem, munditia, decore, referant; ac si quæ sunt alia eiusmodi, quæ sanè non violento, & molesto Imperio sed paterna potius cura, & gravitate peragatur.

D E C V L T V S D I V I N I
cura. Cap. V.

Postremò quoniam Indorum nationem externis ceremonijs, & divini cultus splendore, ad summi Dei cognitionem, & venerationem supramodum allici compertum est, curent studiosè Episcopi, ac pro suo modo etiam parochi,

chi, vt quicquid ad diuinum cultum pertinet, diligenter, & quanto fieri poterit decore, peragatur. Atq; in ijs, musicæ etiam studium, tūm in cantoribus instituendis, tūm in musicis fistularum, cæterorūq; instrumentorū, adhibendis, nullo modo prætermittant. Hæc verò eo ordine, & modo, atq; in ijs locis statuant Episcopi, quibus ad Dei gloriā, & animalium spirituale auxilium, opportunū existimauerint.

C A P V T . VI.


OMnia autem, & singula huius Provincialis Concilij decreta, sanctæ Sedis Apostolicæ censuræ, & correctioni sint subiecta.

*Placent ne vobis Reverendiissimi Patres
hac decretam?*

Omnes responderunt: *Placent.*

A.C T I Q V I N T A.

Q Vibus omnibus, cæterisq; ex ysu
Romanæ Ecclesiæ absolutis, Illus-
trissimus Archiepiscopus clara voce
pronunciauit Reuerendissimi Patres,
& Magnifici Procuratores, finitum est
concilium, ite in pace. Atque ita Syno-
do benedixit, & Deo actis gratijs: ei
tunc dñno discessum est. m. S. scribro
in abh. in talia p. b. e. audire parvulus
etiam per alios locos, quod in primis
ad hanc actionem pertinet.



Actio nis de concilio q; dñi 16. 16. 16.

Actio nis de concilio q; dñi 16. 16. 16.

Actio nis de concilio q; dñi 16. 16. 16.

Actio nis de concilio q; dñi 16. 16. 16.

HIS

H I S A C T I O N I B I V S
Concilij Provincialis Limentis interfue-
re, & diffinientes subscriperunt
obedientes sequentes Reuerendissimi
Archiepiscoporum & Episcoporum
arum de episcopatu[m] suscipiuntur

EN Prima quidē Actione in-
terfuerunt Illustrissimus To-
ribius Archiepiscopus de los
Keyes, & Reuerendissimi Fratres, Anto-
nius Episcopus Imperialis, Sebastianus
Episcopus Cuzquensis, Frater Didacus
Episcopus sancti Iacobi Chilensis, Fra-
ter Alphonsus Episcopus del Rio de la
Plata.

IN Secunda, & tertia Actione inter-
fuerunt, & diffinientes subscriperūt.
Tribius Archiepiscopus de los Keyes,
Frater Antonius Episcopus Imperialis,
Sebastianus Episcopus Cuzquensis, Fra-
ter Didacus Episcopus sancti Iacobi
Chilensis, Frater Franciscus Episcopus
Tucumeñ, Alphonsus Episcopus Pla-
tensis,

tensis Frater Alphonsus Episcopus del
Río de la Plata.

IN Quarta Actione interfuerunt, &
diffinientes subscriperunt presenti o-
mnes Reuerendissimi, præter Sebastia-
num Episcopum Cuzquensem, iā tunc
vita functū.

IN Quinta & ultima Actione, inter-
fuerunt, & diffinientes subscriperunt
idem, qui in proxima, præter Antoniu-
m Episcopum Imperialis, & Didacum
Episcopum sancti Iacobi Chilensis,
qui de facultate Concilij in suas ec-
clesias discesserunt: his etiam actioni-
bus subscriperunt Secretarij Concilij
ipsius Prouincialis.

Ego Licenciatus Bartholomaeus Me-
nacho, prædicti Concilij Prouincia-
lis Secretarius, fidem facio, quod hoc
transumptum, viginti sex folijs retro-
scriptis contentum, fideliter, ac de ver-
bo ad verbum, transcriptum est ex ori-
ginali

ginali authentico, quod in archivio san-
ctæ Ecclesiæ Metropolitanæ, Ciuitatis
Regum seruatur, propria manu prædi-
ctorum Reuerendissimorum subscri-
ptum; & cum eodem originali colla-
tum, in omnibus, & per omnia concor-
dat, in quorum fidem, proprio nomine
subscripsi, & sigillo Illustrissimi Ar-
chiepiscopi municii. Datum in Ciuitate
Regum, die vigesima secunda Aprilis,

Anno millesimo quingentesimo octua-
gesimo quarto.

Los Escrivanos publicos de esta ciudad
de los Reyes, que aqui firmamos nues-
tros nombres, damos fe, que el Licenciado
Menacho, de quien esta firmado este
testimonio, fue Secretario del Còcilio Pro-
vincial, que se celebró en esta dicha ciudad
de los Reyes, el año passado de mil y qui-
-

M 2 nientos

nientos y ochenta y tres años, y a los autos
y testimonios que ante el passaron, tocantes
al dicho santo Concilio se ha dado y da-
se y credito en juicio y fuera de la y en
fue dello lo firmamos. En los Reyes aven-
titres de Abril, de mil y quinientos y oche-
ta y quattro años. Alonso de Valencia
escriuano publico. Alonso Hernan-
dez escriuano publico. Esteuan Perez
escriuano publico. Diego y su mogu. Al-
onso de Onate que escriuano publico.

Y Así sacado el dicho traslado en la
manera que dicha es y visto por el di-
cho Vicario general a el dixo que inter-
ponia y interpuso para la validacion del
su autoridad y decreto judicial, tanto quā
to a lugar de derecho, y lo firmó de su nom-
bre, siendo presentes por testigos Francisco
de Ayala, y Francisco Ortiz, Notarios.
El Doctor Neroni. Pauso ante mi Juan
Gutierre, Notario.

El Doctor Neroni.

TO

YO Juan Gutierre, Notario publico
Apostolico, y Real, y del numero de
la audiencia Arçobispal de la villa de
Madrid, diocesis de Toledo, fize sacar
este dicho traslado por mandato del dicho
Vicario, que aqui firmó su nōbre: el qual
va escrito en sesenta y tres hojas, con esta
en que va mi signo. En testimonio de la
verdad.

Juan Gutierre, Notario publico.
Locus signi.

Esta bien y fielmente trassumptado es-
te traslado de su original, con el qual
yo el infrascripto Notario lo corregí y co-
lacioné, y con las emiendas que lleva con-
cuerda bien y fielmente con el en sesenta y
una hojas, escritas en todo y en parte. Y en
fue dello lo firme, en Madrid a dez inue-
ne de Enero, de mil y quinientos y ochenta
y siete.

Alonso de la Serna, Notario.

TO

M 3 TO

YO Gabriel Lopez de Cesar, Notario publico por autoridad Apostolica y ordinaria, y de la Real Capilla de su Catolica Magestad, y en el archiuo dela Corte Romana descripto, doy fe, que Iuan Gutierre, de cuya mano està subscripto y signado el presente transumpto es notario publico, por autoridad Apostolica, y Real, y del audiencia Arçobispal desta villa de Madrid, fiel y legal en su oficio, y a sus instrumentos y autos publicos, semejantes a este, continuamente se ha dado y da, entera fe, en juyzio y fuera del: de lo qual di la presente en la dicha villa de Madrid a ventiseis de Octubre, de mil y quinientos y ochenta y siete. Y porende fize aqui mi signo, rogado y requerido.

En testimonio de verdad.

Gabriel Lopez de Cesar, Notario.

Locus signi.

DE Mandato Illustrissimi, & Reuerendissimi Domini Cardinalis Crafra, fidem facio, & attestor Ego Laurentius Frizolius, Synodus Prouincialem à Reuerendissimo Archiepiscopo Ciuitatis Regum, cù suis Comprouincialibus Episcopis, anno Domini mille-simo quingentesimo octuagesimotertio, celebratam à sacra Congregatione Cardinalium Concilio Tridentino in terpretando, auctoritate sanctissimi Domini nostri præpositorum, emedatam, atque aptatam fuisse: eiusq; Synodi originale apud ipsam Congregationem remansisse, cum quo præsens Synodus hoc libro chartarum vnius, & sexaginta, quarum prima incipit En la villa de Madrid, ultima verò incipit Su nombre, & desinit Gabriel Lopez de Cesar, Notarius. Locus signi Descripta, & collatæ in omnibus, & per omnia concordat. In quorum fidem hæc propria manu scripsi, & subscripti. Sigil-

M 4 lumq;

lūq; quo in litteris Cōgregationis prædictæ obsignādis vtor apposui. Romæ die vltima Octob. M.D.LXXXVIII.

ad suam actionem quod habet admissum
eiusdem Episcopi, cum indicatur ad hoc
admissum. 13. etiam ad hanc Hebas. 10.
ad suam actionem quod apposuit. 11. admissum
eiusdem Episcopi, cum indicatur ad hoc
admissum. 11. etiam ad hanc Hebas. 10.
ad suam actionem quod habet admissum
eiusdem Episcopi, cum indicatur ad hoc
admissum. 11. etiam ad hanc Hebas. 10.
ad suam actionem quod habet admissum
eiusdem Episcopi, cum indicatur ad hoc
admissum. 11. etiam ad hanc Hebas. 10.
ad suam actionem quod habet admissum
eiusdem Episcopi, cum indicatur ad hoc
admissum. 11. etiam ad hanc Hebas. 10.
ad suam actionem quod habet admissum
eiusdem Episcopi, cum indicatur ad hoc
admissum. 11. etiam ad hanc Hebas. 10.
ad suam actionem quod habet admissum
eiusdem Episcopi, cum indicatur ad hoc
admissum. 11. etiam ad hanc Hebas. 10.
ad suam actionem quod habet admissum
eiusdem Episcopi, cum indicatur ad hoc
admissum. 11. etiam ad hanc Hebas. 10.
ad suam actionem quod habet admissum
eiusdem Episcopi, cum indicatur ad hoc
admissum. 11. etiam ad hanc Hebas. 10.
Ego Laurentius Frikolius sacra Congre-
gationis antedicta Secretarius de man-
dato manu propria.

XCVI
HVIVS CONCILII
LIMENSIS INDEX.

D E hisque in hoc Concilio Pro-
vinciali à sacra Congrega-
tione Cardinalium, auctore
tate summi Pontificis detracit, aut e-
mendata sunt. fo. 4. **De ijs** quæ Concilio addita sunt ab eadem
sacra Congregatione. fo. 7. **De ijs** quæ reclamante appellatorio partes
à sacra Congregatione Cardinalium, ex
auctoritate summi Pontificis, in hoc Con-
cilio rata, habita, confirmataq; sunt. fo. 8.
Domino Archiepiscopo ciuitatis Regum.
fo. 12. **Auto del Vicario de Madrid,** à pedimē
to del Clero de las Charcas. fo. 14. **Actio**
ACTIO PRIMA.

A ctio prima, Concilij Provincialis Li-
mensis. fo. 15. M 5 ACTIO

INDEX.

VIVS & CONCILI

A C T U O I S E C V N D A.

- D E Superioribus Synodis. Cap. 1. fo.
De tenēda hac & superiori Synodo. Ca-
put. 2. fo. 22.b.
De cathechismi editione, & versione. Ca-
put. 3. fo. 23.
Quid singuli docendi sint. Cap. 4. fo. 24.
A parochis erudiendos rudiores. Cap. 5.
fo. 25.b.
Vt Indi Indicē doceantur. Cap. 6. fo. 26.
Ne clerci ad expugnandos Indos profi-
ciscantur. Cap. 7. fo. 26.b.
Coniugia inter fratres inita, dirimantur.
Cap. 8. fo. 27.
De Patrinis Indorum. Cap. 9. fo. 27.
Quid agendum cum ex duobus infideli-
bus coniugatis alter convertitur. Cap.
10. fo. 27.b.
De nominibus Indorū. Cap. 11. fo. 28.b.
Ne regulares baptismi, aut matrimonij
OITCA

Sacra-

INDEX.

- Sacramenta administrent. Cap. 12.
fol. 29.
In confirmationē nihil ab Indis accipien-
dum. Cap. 13. fo. 29.
De examine Confessorū. Cap. 14. fo. 29.b
Extra ordinarios confessarios, Indis ali-
quando tribuendos. Cap. 15. fo. 30.
Confessionem integrē cognoscendam. Cap.
16. fo. 30.b.
Casus reseruati parochis Indorum conce-
duntur. Cap. 17. fo. 31.
Sacerdotes, antequam vester sacras in-
duant, confiteantur. Cap. 18. fo. 31.b.
De viatico Indis præbendo. Cap. 19. fo. 32.
De cōmunione in Paschate. Cap. 20. fo. 33
De Eucharistia afferuanda, ubi commode
poterit. Cap. 21. fo. 34.
Communionem damnatis ad mortem, non
negandam. Cap. 22. fol. 34.b.
Procesiones quomodo facienda. Cap. 23.
fol. 34.b.
Nemissa in domibus priuatis fiant. Ca-
put. 24. fo. 35.

DE

INDEX.

- De ornatus Eucharistia, & vestibus sacris. Cap. 25. fo. 35.b.
Eucharistia cum publicè exponitur, ministros Ecclesia debere assistere. Cap. 26. fo. 36.
De ordine in cultu divino. Cap. 27. fo. 36
De extrema unctione Indis danda. Cap. 28. fo. 36.b.
Ut extremè laboratibus, parochia assistat. Cap. 29. fo. 37.
Decreta Tridentini Concilij de Ordinibus, esse seruandas & domicilia iurata abroganda. Cap. 30. fo. 37.b.
Ad titulum Indorum posse promoueri, etiam patrimonij expertem. Cap. 31. fo. 38.b.
De Symonia cauenda in ordinationibus. Cap. 32. fo. 39.
Idoneos solum modo esse ordinandos. Cap. 33. fo. 40.b.
De Matrimonij contrahendis. Cap. 34. fo. 41.
Divortij causam à solo Episcopo diffiniendam. Cap. 35. fo. 41.b.

De

INDEX.

- De seruorum matrimonij non prohibendis. Cap. 36. fo. 41.b.
De ceremonijs nupiarum. Cap. 37. fo. 42.
Nihil ab Indis accipiendo in administratione sacramentorum. Cap. 38. fo. 42.
Bonâ defunctorum Indorum à parochis non usurpanda. Cap. 39. fo. 43.
Parochis Indorum semper prouidendum. Cap. 40. fo. 43.b.
Parochiam Indorum ante successoris adventum à nemine deferendam. Cap. 41. fo. 44.
Ministros diaboli à consortio ceterorum Indorum separandos esse. Cap. 42. fo. 44.b.
De scholis puerorum Indorum. Cap. 43. fo. 45.
De Collegio Seminario instituendo. Cap. 44. fo. 45.b.

ACTIO

INDEX.

ACTIO TERTIA. Cap. 1. fo. 53. b.

Quod oportet esse Episcopos. Cap. 1.
fo. 47. b. Quod oportet esse Episcopos. Cap. 1.
fo. 47. b.

Quibus ministris uti debeant Episcopi.
Cap. 2. fo. 49. Cap. 2. fo. 49.

De protectione & cura Indorum. Cap. 3.
fo. 49. b. De protectione & cura Indorum. Cap. 3.
fo. 49. b.

Ne persona Ecclesiastica vacent negotia-
tioni. Cap. 4. fo. 50. b. Ne persona Ecclesiastica vacent negotia-
tioni. Cap. 4. fo. 50. b.

Parochorum Indorum negotianitima po-
na. Cap. 5. fo. 51. b. Parochorum Indorum negotianitima po-
na. Cap. 5. fo. 51. b.

Dispensationes gratis esse faciendas. Cap.
6. fo. 52. b. Dispensationes gratis esse faciendas. Cap.
6. fo. 52. b.

De Notario & Fiscali & Iudicibus au-
sarum Ecclesiasticarum. Cap. 7. fo. 52. b.

Officia Notarii & Fiscalis gratis confe-
renda. Cap. 8. fo. 52. b. Officia Notarii & Fiscalis gratis confe-
renda. Cap. 8. fo. 52. b.

Sine dimissorijs litteris clericum non esse
recipiendum. Cap. 9. fo. 53. Sine dimissorijs litteris clericum non esse
recipiendum. Cap. 9. fo. 53.

Desertoribus instituti regularis non esse
committendas parochias Indorum.
Cap. 10. fo. 53. b. Desertoribus instituti regularis non esse
committendas parochias Indorum.
Cap. 10. fo. 53. b.

OITO A.

Quoto

INDEX.

Quoto numero Indorum preficiendus sit
parochus. Cap. 11. fo. 54. Quoto numero Indorum preficiendus sit
parochus. Cap. 11. fo. 54.

Vt assignetur parochus ipsi, qui in minera-
libus, aut lanificinis agunt. Caput. 12.
fo. 55. b. Vt assignetur parochus ipsi, qui in minera-
libus, aut lanificinis agunt. Caput. 12.
fo. 55. b.

De portione debita parochijs, & hospitali-
bus Indorum. Cap. 13. fo. 56. De portione debita parochijs, & hospitali-
bus Indorum. Cap. 13. fo. 56.

Defectus doctrina, ecclesijs Indoru debere
cedere. Cap. 14. fo. 56. b. Defectus doctrina, ecclesijs Indoru debere
cedere. Cap. 14. fo. 56. b.

De reformatione clericorum communiter.
Cap. 15. fo. 57. De reformatione clericorum communiter.
Cap. 15. fo. 57.

De habitu clericorum. Cap. 16. fo. 58. De habitu clericorum. Cap. 16. fo. 58.

De Ludo. Cap. 17. fo. 59. De Ludo. Cap. 17. fo. 59.

Ne clerici fœminas comitentur, aut
laicis inferuant. Cap. 18. fo. 59. b. Ne clerici fœminas comitentur, aut
laicis inferuant. Cap. 18. fo. 59. b.

De cohabitatione mulierum, & concubi-
naru. Cap. 19. fo. 60. De cohabitatione mulierum, & concubi-
naru. Cap. 19. fo. 60.

Ne in scenicis, clerici, aut monachi agan-
tur. Cap. 20. fo. 61. Ne in scenicis, clerici, aut monachi agan-
tur. Cap. 20. fo. 61.

Ne clerici decimarum conductores sint.
Cap. 21. fo. 61. b. Ne clerici decimarum conductores sint.
Cap. 21. fo. 61. b.

De studio clericorum. Caput. 22. fol.
61. b. De studio clericorum. Caput. 22. fol.
61. b.

Ne

INDEX.

*N*e venationibus, & auxupijs clericis fu-
deant. Cap. 23. fo. 62.b. *admodum*
*N*e tabachum presbyteri fumanant ante
Missam. Cap. 24. fo. 62.b. *admodum*
*V*t diebus festis ad ecclesias clericci conue-
niant. Cap. 25. fo. 62.b. *admodum*
*D*e officio divino ab omnibus capitulari-
bus persoluendo. Cap. 26. fo. 63.
*D*e precibus Matutinis, & Salve Regi-
na. Cap. 27. fo. 63.b. *admodum*
*N*e prabendam obtinentes à sua ecclesia
ab sint. Cap. 28. fo. 64.
*D*e scolastico, & cantore Cathedralium.
Cap. 29. fo. 64.b. *admodum*
*D*e capellanijs. Cap. 30. fo. 63.
*D*e øconomis Ecclesiistarum. Cap. 31. fo. 65
*D*e habitu eremitarum. Cap. 32. fo. 65.b.
*D*e sanctimonialium bonis. Caput. 33.
fol. 65.b.
*D*e visitatione sanctimonialium. Caput.
34. fo. 66.
*D*e collocutorijs sanctimonialium. Cap.
35. fo. 66.b.
*D*e

INDEX.

*D*e dote non augenda ob defectum nata-
lium. Cap. 36. fo. 67. *admodum*
*L*ibros prophanos & lascivos vitandos.
Cap. 37. fo. 67.b. *admodum*
*V*t fœmina Ecclesias frequentent, & ibi
modestè segerant. Cap. 38. fo. 68.
*V*t medici confessionem agrotis illico iniun-
gant. Cap. 39. fo. 68.b. *admodum*
*D*ies festos seruandos. Cap. 40. fo. 68.b.
*A*b esucarnium abstinentum, diebus ab
ecclesia præscriptis. Cap. 41. fo. 69.
*P*retribus Indorum, non esse tanquam
Episcopis obuiam procedendum. Cap.
42. fo. 69.b. *admodum*
*D*e perwigilijs ecclesiistarum. Cap. 43. fo.
69.b. *admodum*
*D*e confraternitatibus. Cap. 44. fo. 70.
*I*ndictio futura Sessionis. fo. 70.b.
*A*nticipatio Sessionis. fo. 71.

INDEX.

- Actio quarta
Vibus sit committenda visitatio.
Cap. 1. fo. 71.b.
De procuratione visitatorum. Caput. 2.
viii fo. 72.
De modo procedendi in visitatione. Cap.
3. fo. 72.b.
De modestia, & sobrietate Visitatoribus
obseruanda. Cap. 4. fo. 73.
De visitatione fabrica, & ornamento.
Cap. 5. fo. 74.
Quomodo, & quanto Indorum testimo-
nium sit recipiendum. Cap. 6. fo. 74.
Indorum crimina ad forum ecclesiasti-
cum spectantia, corporali potius, quam
spirituali pœna, esse punienda. Cap. 7.
fo. 75.
De moderatione seruanda in punitione
Indorum. Cap. 8. fo. 76.b.
De obseruantia dierum festorum. Cap. 9.
fo. 77.

De

INDEX.

- De reliquijs Sanctorum. Caput. 10. fo.
78.b.
De Missali, & processionibus. Cap. 11.
fo. 78.b.
De decimis. Cap. 12. fo. 79.
Ut matricicatera ecclesia deferant. Cap.
13. fo. 79.b.
De editis publicis. Cap. 14. fo. 79. b.
De taxis Episcopalis. Cap. 15. fo. 80.
Ne prater Episcopi collationem paro-
chiam quisquam suscipiat. Cap. 16.
fo. 80.b.
De examinatorebus ab Episcopo depu-
tatis. Cap. 17. fo. 80.b.
Indos non esse deſerendos propter celebri-
tates orbium. Cap. 18. fo. 81.
Ut beneficiati Rectores parochiarum iu-
nent. Cap. 19. fo. 81.b.
De quarta funerali, & portione. Canoni-
ca. Cap. 20. fo. 81.b.
Ne in appellationibus originalia acta
tradantur. Cap. 21. fo. 82.
De procuratore cleri. Cap. 22. fo. 82.b.

N 2 Testes

INDEX.

Testes Synodales esse deputados. Cap. 23.
fo. 82.b.

*De publicandis, & seruādis in quavis dice-
cessi decretis huius Synodi. Caput. 24.*
fo. 83.

*Ad quem pertineat in sede vacante, pu-
blicatio huius Synodi. Cap. 25. fo. 84.*

ACTIO QVINTA.

*D*eclaratio quorundam capitum supe-
rioris Synodi. Cap. 1. fo. 85.b.

De sumuario superioris Concilij. Cap. 2.
fo. 86.b.

De confessionario. Cap. 3. fo. 86.b.

Ut Indi politicè viuere instituantur. Cap.
4. fo. 87.

De cultus divini cura. Cap. 5. fo. 87.b.

Caput. 6. fo. 88.

FINIS.

MA DRITI,

Apud Petrum Madrigal:

Anno M. D. XC.

